

De idolatria liber / cum interpretatione latina & notis Dionysii Vossii.

Contributors

Maimonides, Moses, 1135-1204.
Vossius, Dionysius, 1612-1642.

Publication/Creation

Amsterdami : Ioh. & Cornelivm Blaev, 1641.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/gwp5bveq>


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>











349741.B

P.II


1896

2/24

Circul

16 € 3728

*omnes populi in pueris, & viris, & in
militibus, & in aliis, & in
orantes pro eis. Comedentes hostias & non corripientes: qui ubi mori-
turos homines audiunt, inde gaudentes, & præparant se ad prædam, quasi
corvi ad cadavera mortuorum. Nunc ergo fratres, qui voluerit sacerdo-
talem autoritatem accipere, in primis cogitet proper Deum, & præpareret
arma ejus antequam manus Episcopi tangat caput, id est, psalterium, lecti-
onem orationes suas missile hunc in n. martyrum. in anno*



EOLATRI

SE

THE EGYPTIAN LEXICON

of the New

CONSIL VOSSII

WITH A

KEY TO THE

SYNOPSIS OF

THE EGYPTIAN

LEXICON

BY J. C. VÖLKL

WITH A

KEY TO THE

SYNOPSIS OF

THE EGYPTIAN

LEXICON

BY J. C. VÖLKL

WITH A

KEY TO THE

SYNOPSIS OF

THE EGYPTIAN

LEXICON

BY J. C. VÖLKL

WITH A

KEY TO THE


SYNOPSIS OF

THE EGYPTIAN

LEXICON

BY J. C. VÖLKL

R. MOSIS MAIMONIDÆ
DE
[D O L O L A T R I A
L I B E R,
cum interpretatione Latina
& Notis
DIONYSII VOSSII.



Edward Prich. Bod.

AMSTERDAMI,
Apud IOH. & CORNELIVM BLAEV.
M DC XXXXL

3728.

Л. МОСИС ВАКУМОВИЧ
ДОЛАРІА
ЛІБЕЛ
чорні інспекційні ліцензії
з № 25.
ДІОНІЯ ВОЗІЛ

М. К. К. А. З.



R. MOSIS MAIMONIDÆ
DE
I D O L O L A T R I A
L I B E R,

cum interpretatione Latina
& notis

DIONYSII VOSSII.

הלכות DISSEXTATIONES
עבودת כוכבים ומלוחות de cultu stellarum ac
וחוקות הנוגדים planetarum, & statutis
gentium.

פרק ראשון

ב' ימ' אנווש טעו בני
הארם טעת
גדול ונבעורָה עצת חכמי
אותו הדור ואנווש עצמו מן
הטעים היה וו היה
טעותם: אמרו הוואיל והאל
ברא כוכבים אלו וגלגלים
להנהיג את העולם ונתנים
במרום וחלק להם כבוד
והם שמשים המשמשים
לפניו רואיים הם לשבחם
ולפארם ולחלוּק להם כבוד



Emporibus Enos gravissime homines errant, & stupore obruti sunt animi sapientum illius ævi. Etiam ipse Enos inter errantes erat. Hic autem fuit error eorum. Quandoquidem inquietabant, Deus creavit stellas ac spheras istas, ad regendum mundum, easque in sublimi posuit, & honoris participes fecit; & illis ministris utitur; merito profecto laudemus eas, atque extollamus, & honorem iis impertia-

A

R. MOSES MAIMONIDES

וְהוּא רַצְוֹן הָאֱלֹהִים בְּרוּךְ הוּא
לְגָדוֹל וְלְכָבֵד מֵשְׁגָדוֹל
וּכְבָדוֹ כְּמוֹ שֶׁהַמֶּלֶךְ רֹוץ־
לְכָבֵד הַשְׂמִידִים לְפָנָיו וְהוּא
כְּבוֹדוֹ שֶׁל מֶלֶךְ.

pertiamnr. Atque hæc voluntas ipsius Dei benedicti est, ut magnificemus, ac veneremur, quemcumque ille evexit, & honore affectis: perinde ac Rex ministros suos honoratos vult, qui honor est ipsius Regis.

N O T . A.

De Idololatria.] Hæc vis verborum, עבדות כוכבים ומזלות. quæ si אֱלֹהִים מְדֹא transfers, sonent *cultus stellarum ac planetarum*. Sed quia corporum cœlestium cultus principium idololatriæ fuisse creditur, solent eum Hebræi עֲכָס appellare. Nec aliunde profectum, quod in Ægyptiorum Hieroglyphicis stellâ Deus exprimebatur. *Ἄστρος*, inquit Orus, παρ' Αἰγυπτίοις γενέθλιος, Θεὸν ὄντα μετίνει. Causam non addidit, alioqui in cæteris talium curiosus. Est autem ea, quam dixi. Fortassis eodem referendum, quod apud Romanos lamella ærea, stellæ in modum facta, loci inauguriati signum fuit; ut ex P. Servilio augure tradit Festus. Sed Hebræi idololatriam alias *cultum extraneum*, nuncupare solent. Quo nomine Titulus Thalmudicus est, ex quo pleraque in hunc libellum Maimonides transtulit. Istud autem non modo pro ipsa idololatria; sed & pro idolo, delubro, cunctisque eo pertinentibus usurpatum. Vnde infra Autor noster cap. 111, §. 9. מְתֻמָּקָפָה. קָרְבָּלָה. קָרְבָּלָה. Qui idolum amplectitur, osculatur. ibid. §. 11. קָרְבָּלָה. Factens sibi ipsi simulachrum. Nimis quia finis idoli est cultus. cap. viii. 23. קָרְבָּלָה. Delubrum, cui balneum est, & passim aliis locis.

Temporibus Enos.] Nititur hæc opinio Genes. iv. 26. קָרְבָּלָה נִמְלָא בְּמַסְסָה. quæ Hebræorum plerique interpretantur, tunc profanatum est in invocando nomine Domini. Nec multum diversa mente Arabs metaphrastes, حَسِيدٌ بِي أَوَا لِلنَّاسِ لِي مَيْلُوا مِنْ طَاعَةِ اللَّهِ,

Tunc incepérunt homines recedere ab obedientia Dei. Sed melius Scripturæ mentem adsecutus est Aquila, qui transtulit, תְּתֵא חַדְרָה וְתְּתֵא מַלְאָכָי כְּעַזְבָּנָה קְרֵבָה. Similiter paraphrastes Chaldæus, (qui an Aquila, an aliis sit, jam non disputo) habet, בְּכָן בְּיוֹחָדָה חָלוּ בְּנֵי מִצְרָיִם, לְלָגְלָה בְּמַעֲדָה. Illis diebus incepérunt homines orare (proprie reddas, ab orando)

DE IDOLOLATRIA.

3

orando) in nomine Domini. Mens ejus esse videtur, tunc publice preces dici cœpisse; aut homines statis temporibus eas frequentasse. Ut locum non habeat id, quod objicit R. Levi ben Gerson, S. Scripturam hic non loqui de cultu veri Dei; quippe quem jam antea Adam, Hebel, & Cain, invocaverint. Nimirum non distinxit inter publicas, & privatas preces. Quicquid est, non dubito, mentem S. Scripturæ esse, Enosi tempore, quo jam auctum humanum genus erat, publice cœtus convenire cœpisse, ad invocandum nomen Dei; vel tum demum statis horis, nimirum diei initio, cumque cibus sumendus, vel nox inciperet, preces Deo suscipi solitas. Quin nec S. Scripturæ verba satis convenient opinioni eorum, qui ad idololatriam hæc trahunt. Quid enim hoc est, *Tunc profanatum est ad invocandum nomen Domini.* Ergone profanum orare Deum? Scio, dicere eos, tunc profanatum esse in invocando nomine Dei, illud tribuendo diis falsis. Verùm nihil hic Scriptura de diis falsis; quod tamen maxime addendum erat; ut recte contra R. Selomonem observat R. Elihezer Germanus in Maase a-sem, * כִּי לֹא־רְאָתָה שָׁמָחַ לְקָרְבָּן רְאֵת חֶרְכִּים שְׁעִירָרְכָּר חֶרְכָּר. *Nam si dicas, profanatum esse in invocandis aliis rebus nomine Domini, ipsum fundamentum abest:* id est, abest in Mose mentio rerum, quas illi, ut deos, invocatas volunt. Quippe Iarchi dixerat, tunc herbis, & hominibus, divinitatem adscribi cœptam. Adde quod ipsa phrasis repugnare videtur. Potius enim קָרְבָּן, quam קָרְבָּן scribendum erat, si קָרְבָּן exponere liberet *profanatum est.* Idem locum habet, si quis provocet ad expositionem Davidis Kimchi, qui קָרְבָּן hic pro nomine accipiens interpretatur: *Tunc profanata est invocatio nominis Domini.* Video tamen, viros quosdam eruditissimos, qui his annis scripsere, in illam opinionem transiisse. Quibus non accedo, cum Chaldaei verba נְהַלְלָנָה exponunt, *ut non orarent:* nam prorsus contrarium notant, & נְהַלְלָנָה, an נְהַלְלָנָה scribas, eodem redit. Accedit, quod non videtur Spiritus Sanctus tam solicite traditurus fuisse, quo tempore abominandæ superstitiones cœperint; sed potius, quando homines publice Deum invocare orsi sint. Sane arbitror, utcumque se res habeat, non temere adeo Maimonidæ & Hebræorum cæteris, ex verbis, quæ ambigua esse ne ipsi quidem diffiteri possint, statuendum fuisse idololatriæ exordium. Sic quoque merito damnes, quod tam audacter Enosum, velut idololatriæ reum agit. Pie magis LXX senes, qui transtulerunt, ἡλποσεν ἀπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Σεκείς, innuentes, sperasse Enochum, & videre cupiisse diem illum, quo divinum nomen publice celebraretur. Videntur autem LXX pro Λοιπόντω legis-לְהַלְלָנָה. A senibus non multum abit Nicolaus Lyra, quando ait,

* Maase Beret.
sith cap. 22.

R. MOSES MAIMONIDES

Enos instruetus à patre suo justo tantum profecit in cultu divino, ut adinvenierit quedam verba devota ad deprecandum Deum. Litera Hebraica sic habet: Tunc cœpit invocari nomen Domini. quod exponunt Hebrei de idolatria: quia, ut dicunt, tunc inceperunt homines attribuere nomen Dei creaturis; ut Soli, & Lune, & idolis. Non tamen ab isto Enos, qui justus fuit, & deitus; sed à filii Cain sibi contemporaneis, sicut supra dictum est de Iabel, & Tubal. Quin & merito parum verisimile dixeris, Sethi, tam pii viri, filium, fuisse idololatram; cum posteri ejus in ipsa Scriptura בְּנֵי הָלֶכֶת filii Dei, vocentur. At Cain filios, ut ad prava plerumque hominum ingenium magis inclinat, credibile est parentum suorum fuisse exemplum sectatos. Postremo, tametsi omnia istæc vera esse concederemus, nihilominus merito incuriæ Maimoniden argueris, quod idololatriam à temporibus diluvium prægressis repetens, eam post diluvium secundo cœpisse non cogitaverit, vel neglexerit scribere: cum illud vel maxime fuerit tradendum, quo tempore post *κατακλυσμον* cœperit.

Quod Seruchi, vel Therachi ætate factum putatur.

Quandoquidem, inquietabant, stellas, & quas videmus spheras.] Melius sane Maimonides idolatriam à cœlestium corporum cultu cœpisse statuit, quam Iarchi, qui homines primo & herbas cultas arbitratur. Etenim ad verba Genes. iv. 27. וְיַחֲלֹל קֶרֶת בְּמִזְבֵּחַ כְּלָדָיו וְאֶת כְּלָדָיו בְּרָךְ, Tunc incepit invocari nomen Domini: ait, בְּרָךְ יְהוָה קָדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא וְאֶת כְּלָדָיו בְּרָךְ יְהוָה קָדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא, in nominibus hominum, & plantarum, nomine Dei benedicti, ut ea haberentur idola, ac dii vocarentur. Obiter nota, eruditissimum virum, quem ubi invitus dissentio, nihil attinet dicere, pro herbæ legisse בְּנֵי נָמָס, id est, idola; quod tamen in nulla editione reperio. Porro autorem nostrum pravæ religionis exortum superstitioni adscribere, mirum non est. Quippe si, ut ille voluit, temporibus Enosi idolatria cœpit, valde verisimile est, homines non potuisse tunc penitus ignaros esse veri Dei: de quo proculdubio multa à parentibus acceperant. Itaque potius peccaverint ἐγελοθησαί, quam inscitia. Sed malim statuere, ignorantia eos peccavisse. Nimirum duo in errorem eos impulere; quod summum & αόργεν illum Deum nequaquam comprehenderent; quodque illi, qui ejus miracula à parentibus acceperant, eadem posteris tradere neglexerant. Vnde statim deflexerunt ad cultum eorum, quæ eis videri poterant, & quorum beneficiis maxime juventur, Solis, Lunæ, cæterorumque id genus. Innuunt id satis verba Deuter. iv. 19. Ne tollas oculos tuos versus cœlum, & adspicias Solem ac Lunam, &c. quem ad locum recte R. Levi ben Gerson ait, זכרי פתיהם תחלה כי פטולותיו יוקר גלויות. Primo Solis meminit,

quia

DE IDOLOLATRIA:

gnia virtutes ejus maxime manifestae sunt. Quibus gemina sunt illa Cæsaris de Germanis: Deorum numero eos solos ducunt, quorum opibus aperiuntur, Solem, & Vulcanum, & Lunam. Idololatriam à Chami posteris ortam, dubitandum non est; unde omnes uno ore Scriptores tradant, primos Deorum cultum Ægyptios esse adeptos. Verè Lucianus libello de Syria Dea: Πρῶτη μὲν αὐθορώπων, τὴν μετέστιμην, Αἰγυπτίου λέγοντας θεᾶν τὸν ἀνθρώπων λαβεῖν, καὶ ιερὰ εἰσιαδακ, οὐ πεμένεια, καὶ πανηγύρες διποδεξαμ. Primi hominum, quos scimus, Ægyptii dicuntur & Deorum percipisse notitiam, & templo statuisse, & lncos, ac solemnes edidisse conventus. Rationem & caussam primæ idololatriæ optime aperuit Diòdorus Siculus, vir summa diligentia antiquitates gentium perscrutatus. Ait is libro i. Bibliothecæ: Ταῦτα αὐθορώπων τὸ παλαιὸν γνωμένας αὐτούς θεάσθαι τοὺς κόσμον, καὶ τὸν τὸν Θόλων Φύσιν, πατεταλαγήστας οὐ θεωράσσειν εἴναι θεὸς αἰδίος τε οὐ πεντεκατοντά, τὸν τε Ηλιον καὶ Σελήνην, ὃν τὸν μὲν Οστερν, τὸν δὲ Ιον οὐρανόν. Homines antiquissimos, mundum supra se contemplatos, nec absque stupore admiratos universi naturam, existimasse esse Deos aeternos, ac primos, Solem & Lunam; quorum illum Osirim, hanc Iism appellari. Manifeste hæc docent, ignorantiam veri Dei, & divinitatem illis sideribus non aliam ob caussam attributam, quam quia plurimum ab iis boni hominibus proveniret. Vedit id quoque Prodicus Chius, qui ut apud Sextum Empiricum lib. viii. cap. ii. adversus Mathematicos est, affirmabat Solem, Lunam, cæteraque αὐθορώπων τὸν Βίον, pro diis homines habuisse, διὰ τῶν αὐτῶν αὐθορώπων, ob utilitatem & adjumenta eorum: & subdit, καθάπερ οἱ Αἰγυπτίοις τὸν Νεῖλον: quemadmodum Ægyptii Nilum. Cujus fluminis ipsum nomen satis cultus caussam ostendit. Nam si Horo Niliaco fides est, Non οὐ ab Ægyptiis vocabatur, id est Novus: nimis quia inundatione sua agros eorum innovaret, ac foecundos redderet. Idem quoque gentium maxime barbararum religio arguit; quas inter Americani ea imprimis colunt, quorum maximas esse vires in res naturales experiuntur. Vide, quæ fuse tradidit eruditus scriptor Iosephus Acosta.

ב כיוון שעה דבר זה
 §. II. Postquam adscendit hoc
 על לבם החילהו לבנות
 לכוכבים היכלות ולהקريب
 להן קרבנות ולשבחן ו
 verbum in animos eorum, coe-
 perunt ædificare sideribus tem-
 pla, & sacrificare, ac laudare, &
 ornare

R. MOSES MAIMONIDES

ולפָאָרֶן בְּדִבְרֵי סְבָנָה
ולהשתחווות לְמַוְלֵן כְּדִי
להשיג רצון הבורא בדעתם
הרעה ווה היה עיקר עבודה
כ"ז וכך היה אומרים
עובדיה היורעים עירקה
לא שהן אומרים שאין שם
אלוה אלא כוכב: וזה הוא
שידמי יהו אומר כי לא יראך
מלך הגויים כי לך אתה
כי בכל חכמי הגויים ובכל
מלכותם מאיין כמייך ובאות
יבעירו ויסכלו מוסר הכלים
ען הוא כלומר הכל יודיעים
שאתה הוא לבך אבל
טעותם וכסילותם שמדמים
שזה ההבל רצוןך הוא:

* cap. 10. 6.

ornare ea verbis, seque coram iis incurvare, ut acquirerent benevolentiam Creatoris perversa sua opinione: idque fundamentum fuit idololatriæ. Ita loquebantur cultores idolorum, qui intelligerent fundamentum ejus. Neque enim dictabant, nullum esse Deum, præter stellas. Hoc illud est, quod ait Ieremias*, *Quis non metuat te Rex gentium, cum in te conquiescat (potentia) cum in omnibus sapientibus gentium, & omni regno ipsarum, nullus sit par tibi? Sed una obbrutescunt, & stolidi fiunt: eruditio vanitatum, ligni est.* Ac si diceret, omnes sciunt te solum esse; sed error & stultitia eorum est, quod existiment, hanc vanitatem, tuam esse voluntatem.

*Cæperunt ædificare sideribus templo.] Exposita origine idololatriæ, ad modum Autor transit. Primum cultum facit templo, sacrificia, hymnos, & adorationem. Velle ordinis majorem paullo rationem habuisse. Nam simul cum religionis exordio templo esse ab hominibus exstructa, parum sane verisimile videtur. Simplicissimi mortalium simplicissimo quoque cultus usi sunt. Is fuit adoratio, quam Hebræi voce *סְמִקְתָּחָה* designant. Modum exprimit Iobus cap. xxxi comm. 26. *Si adfexi, inquit, Solem, &c. & applicata est manus mea ori meo.* Tradit, nifallor, Herodotus, Orientis morem fuisse, ut æquales in occursu invicem osculum darent; qui inferiores essent, manum ejus, qui dignitate præstabat, oscularentur; qui humillimi, fese incurvarent. Hinc duplex illæ cultus; maximus *סְמִקְתָּחָה* id est, *αγωστάγης*, & minor, osculatio imanus. Cultus proximus, aræ, non illæ arte exstructæ, sed naturales: nimirum loca edita. Vnde Persæ, quos Herodotus lib. 1. cap. cxxxii. tradit*

D E I D O L O L A T R I A.

tradit statuis, templis, aris caruisse, & eos irridere solitos, quicunque talia exstruerent: Ipsi inquit, νομίζουσι Δῆμος μόνος ἀπό τοῦ οὐρανού γένεται αὐτοῖς, θυσίας ἐγδεῖν: Solent, editissimis montium consensis, Iovi hostias immolare. Itaque maluissem, præmisisset Maimonides de montibus, collibusque, ac lucis. Veterum altaria fuere κατατάξει excelsa, seu montium vertices, unde & Βαμψίς Græci appellavere. Quia loca illa ab ipsis Diis quodammodo destinata cultui credebant. Ejus opinionis reliquias arguunt Americanorum mores, quos Acosta ait ipsos montes, & quidquid communem naturæ ordinem egreditur, venerari solitos. Hinc liquet, prima loca ad cultum fuisse montes; quibus merito lucos addas, quorum fortassis non minus antiqua religio. Et nomen ipsum Λύκη arguit, quo sanctimoniam eorum innuebant. Sane apud populos maxime barbaros, ubi religio vetus diutissime viguit, potissimum in iis cultus. *Apud Naharvalos*, ait Tacitus, antiquæ religionis lucus ostenditur. Idem Annalium 1. *Lucis propinquis barbaræ are*. Apud Gallos quoque in lucis Druidæ docere solebant; quos templa habuisse non constat, aut si habuere, rara fuerunt. Cæsar certe tacet. Sed Plinii verba lib. XII. cap. 1. adscribere libet: *Arbores*, ait, fuere numinum templo, priscoque ritu simplicia rura etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant. Nec magis auro fulgentia, atque ebore, simulachra, quam lucos & in iis silentia ipsa adoramus.

ג וְאַחֲרֵ שָׁאוֹרְכֶם הַיִמִּים
עַמְדוּ בְּבָנֵי הָאָדָם נְכִיאֵי
שְׁקָר וְאָמְרוּ שְׁהָאֵל צָוָה,
וְאָמַר לְהָם עֲבֹדוּ כּוֹכֶב
פָּלוֹנִי אוֹ כָּל הַכּוֹכְבִּים
וְהַקְּרִיבוּ לוֹ וְנַסְכּוּ לוֹ כְּךָ
וּבְנוּ לוֹ הַיכָּל וּעֲשֻׂוּ צְוֹרוֹתָו
כְּדִילְחַתְחוּ לְהַכְלָה הַעַם
הַנְּשִׁים וְהַקְטָנִים וְשָׁאָר עַם
הָאָרֶץ וּמוֹדִיעַ לְהָם צְוֹרָה
שְׁבָדָא מְלָבוֹ וְאָמַר וּוּ הִיא
צְוֹרָה הַכּוֹכֶב פָּלוֹנִי ש

§. III. Progressu autem temporis exstiterunt inter homines pseudoprophetæ, dictantes, præceptum sibi atque imperatum à Deo, ut stellam hanc vel istam, quin & omnia sidera colerent, iis sacrificarent ac certo modo libarent, templumque iis exstruerent; tum etiam ut facerent simulachrum ejus, quod ab omnibus, mulieribus quoque ac parvulis, & reliquis terræ hominibus, adoraretur. Itaque & indicarunt illis figuram, quam ipsi commenti erant,

MOSSES MAIMONIDES

שְׁהָדֵר יְשַׁהּוֹ בְּנֵבֹא תּוֹ : וּ
וְתִחְלִלּוּ עַל דֶּרֶךְ זֶה לְעַשּׂוֹת
צִדּוֹת בְּהִיכְלִית וְתַחַת
הַאֲילָנוֹת וּבְרוֹאשׁ הַהֲרִים
וְעַל הַגְּבֻשָׂת וּמִתְקַבְּצִין
וּמִשְׁתְּחוֹם לָהֶם וּאוֹמְרִים
לְכָל הָעָם שָׂוֹء הַזְּוֹרָה
כְּפִתְיכָה וּמִרְיָעָה וּרְאוֹי
לְעַבְדָה וּלְיִאָה כְּמַנְחָה
וּכְהַנִּיה אָוְמְרִים לָהֶם
שְׁבַעֲבוֹדָה זֶה תְּדוּבָה וְתְצִלְיָהוּ
וְעַשּׂוּ כֶּךְ וּכֶךְ וְאֶל תַּعֲשֵׂנְכֶךְ
וּכֶךְ.

erant, dicentes, eam esse imaginem stellæ illius per prophetiam sibi revelatam. Tum aggressi sunt homines facere simulachra in templis, & sub arboribus, in montium cacuminibus, & collibus. Dein congregati adorabant ea, universis indicantes, ab illis simulachris bona ac mala omnia provenire, & proinde summo jure colli, ac metui. Sacerdotes autem eorum ex illo cultu incrementa rerum, & prospera cuncta promittebant; præcipientes, quæ facerent, quibusque abstinerent.

Indicarunt illis figuram, quam ipsi commenti erant.] Hoc vere idolum est, juxta Origenem. Etenim ad decalogum distinguit inter imaginem, & idolum. Illud ait esse effigiem rei veræ, hoc fictæ. Sed magis placet distinctio Hebræorum, qui idolum ab imagine solo fine distinguunt: ut cultus idolum faciat. Itaque merito idola nuncupant tam ea, quibus res veræ, quam quibus falsæ repræsentantur. Alioqui quis non videat simulachra avium, serpentium, quadrupedum, quæ gentiles colebant, nequire idola vocari? quod absurdissimum est. Sapientes pro Deorum symbolis habuerint: at animæ plebeæ & pro ipsis cunctis coluere.

Facere simulachra in templis, sub arboribus.] Recte Maimonides, simulachra in templis non statim reposita, observavit. Nam ut de Syria Dea Lucianus, Τὸν μὲν ταλαιπωρεῖται Ἀιγυπτίοντα αἴγαοαν γηνὶ εἶται. Antiquitus quidem etiam apud Ægyptios tempora sine simulachris erant. Apud Romanos quoque, teste Varrone apud Augustinum lib. iv. de Civit. Dei cap. xxxi, per annos amplius clxx tempora sine statuis fuere. De Germanis quoque sui temporis Tacitus, Cohibere, inquit, parietibus Deos, atque in ullam humani oris speciem assimilare, nefas existimant. Sed utrum statuae prius, an tempora, extiterint, id vero disquiri possit. Herodotus in Euterpe cap. iv. quo loco de Ægyptiis agit, aras primo,

exin

D E I D O L O L A T R I A.

exin statuas, postremo templa nominat : Βωμές τε, καὶ αγάλματα, Ἐνθέταις δέοῖς πλονεῖμεν Φέας πεπόντες. Et in ipsa S. Scriptura prius de Teraphim Labanis, quam de ullo fano, aut delubro legas. Accedit, quod post cultum siderum, quorum apud primos homines nulla simulachra fuisse crediderim, ex antiquis autoribus probare sit, superstitioni prima incrementa dedisse cippos & statuas in mortuorum honorem erectas. Vnde libro, quem Sapientiam Salomonis vocant, xiv. 15. Acerbo enim luctu vexatus pater, cum filii cito sublati imaginem fecisset; hominem tunc quidem mortuum, nunc vero ut Deum affectis honoribus, & subditis mysteria ac sacrificia tradidit. Deinde procedente tempore, invalescens haec impia consuetudo tanquam lex custodita est, & tyrannorum praeceptis cultus sculptilibus attributus est. Hinc etiam illud, quod plurimis exemplis Clemens Alexandrinus, & Eusebius in præparatione Euangelica, demonstrant, prima templa ab hominibus circum sepulchra exstructa esse. Itaque verisimile videtur, statuas, quo nomine censendæ etiam sunt columnæ, & lapides in memoriam alicujus rei vel hominis erecti, multo ante tempora extitisse. Illud quoque probabile videtur, prius in lucis, quam in templis, simulachra posita. Quod ostendunt vel soli veterum Germanorum mores, quibus luci plurimi, & in iis statuæ fuere, cum templo iisdem vacarent.

Ab simulachris illis bona ac mala omnia.] Merito his verbis utitur, quia nihil ad religionem novam facilius, quam spes ac metus impellit. Unde Petronius : *Primus in orbe Deos fecit timor.* Hinc religio ipsa δεισιδαιμονία, & Deum aut δαιμονα Rabbini יְהוָה vocarunt. Sanhedrin cap. vii. §. 10. inducit seductor istac formula alium ad idololatriam incitans בַּמְקוֹם פָּלוּנִי כְּךָ וּכְךָ קָרְבָּנִי קָרְבָּנִי, *Est Deus isto loco, cui talis cibus, talis potus offertur, à quo haec vel ista bona expectantur.*

ד והתחילה כוביס
אחרים למדו ולומר
שהכוכב עצמו או הגלגל
או המלאך דבר עמהם
ואמר להם עברוני בך ובר
והודיע להם דרך עובודתו
ועשו כן ואל תעשו כן
ופשط דבר זה בכל העולם

§ IV. Exorti deinde sunt alii impostores, qui ipsam sibi stellam, vel sphæram, aut angelum, locutum dicerent, ac præcepisse, ut hoc modo se colerent, commonstrasse sibi rationem cultus sui, & quæ facienda, quæ fugienda essent. Tum diffusum est verbum illud per omnem mundum, ut colerent

B

לעבוד את הצורות בעבודות
משונות וו מוו ולהקريب
לهم ולהשתחוות :

lerent imagines, proprio quam-
que cultu, sacrificando, ac ado-
rando.

Ipsum sibi stellam, aut sphäram.] Hæc fortassis ad sera magis tempora rejicienda sint. Nam figmenta illa de sermonibus cum diis non ante cœpisse crediderim, quam postquam jam homines coire cœperunt in communem societatem. Quibus in obsequio continendis, repertæ à rectoribus illæ superstitiones. Exemplum in Minoe habemus, qui in antro sese à Iove leges accipere fingebat. Itidem apud Romanos in Numa, cum Egeria nympha. Vnde existimem, ritus ac varias cærimoniæ non tam religiosorum, -quam politicorum hominum commenta fuisse. Quod probat satis Romana historia.

ה וכיוון שארכו הימים
נשתקע השם הנכבד
והנורא מפני כל היקום
ומדעתם ולא הכרותו.
ונמצאו כל עם הארץ
והנשים והקטנים איןם
יודעים אלא הצורה של עין
ושלא אבן וההיכל של אבני
שנתחנכו מקטנותם ל
להשתחוות לה ולעבדה
ולהשבע בשם יהוה חכמים
שהיו בהם כנון כהניות
וכיווא בחרן מדרמים שאין
שם אלהו אלא הכוכבים
והגלגלים שנעשו הצורות
האלו בגללן ובדמותן.

§ V. Interjectu temporis periit
Nomen venerabile ac terrible ex
ore omnium hominum, & ex ani-
mis eorum, ita ut illud non agno-
scerent. Iamque totum humanum
genus, & mulieres, puerique, nihil
sciebant, praeter imagines è ligno
aut lapide, ac templo lapidea, in
quis didicerant à teneris, adorare,
ac colere, & jurare per nomen il-
larum. Sapientes autem, qui inter
eos erant, ut sacerdotes, aliique id
genus, ne ipsi quidem rebantur,
alium esse Deum, praeter stellas ac
sphæras, quarum caussa, ac simili-
tudine simulachra illa facta erant.
Sed potentem mundorum nullus
mortalius norat, praeter paucos
aliquos

אבל צור העלים לא היה שם ארים שהיה מכירו ולא

ירשׁ אלְאַחֲרֵי יְהִידִים בָּעוֹלָם
כִּנּוֹן חָנוֹךְ וּמִתּוֹשֶׁלֶחֶת נָהָ
שָׁם וּעֶבֶר וְעַל דָּרְךָ וְרַתָּה
הָעוֹלָם הַוְּלָךְ וּמִתְגַּלְגֵּל עַד
שְׁנוֹלֵד עַמּוֹדוֹ שֶׁל עֲוֹלָם וְהַוָּא

אַבְרָהָם אָבִינוּ.

aliquos in mundo, Henoch, Me-thusalec, Noach, Sem, & He-ber. Atque hoc modo mundus incedebat volvaturque, donec natus est columna mundi, Abra-ham parens noster.

Columna mundi.] Ita nuncupat Abrahamum, quia justis, velut co-lumnis, mundus innititur: quippe quorum causa mundus duret. Dein quia veram religionem docuit, & notitiam Dei, quam columnam sapientiae vocat Auctor noster Halachot Iesode Tora cap. 2.

וְכַיּוֹן שְׁנָגָמֵל אִתְּחַנֵּן זֶה,
הַתְּחִילָה לְשׁוֹטֵט בְּדֻעַתוֹ
וְהַוָּא קָטָן וְהַתְּחִילָה לְחַשּׁוֹב
בַּיּוֹם וּבַלִּילָה וְהַיָּה תְּמִימָה
הַאֲרָךְ אָפָשָׂר שִׁיהְיָה הַגְּלָגָל
הַוָּה נָוְהָג תְּמִיד וְלֹא יִהְיֶה
לֹו מְנַהֵּג וּמַיִּסְבֶּב אָוֹתוֹ כִּי
אֵי אָפָשָׂר שִׁיסְבֶּב אֶת עַצְמוֹ
וְלֹא הַיָּה לֹו מַלְמָד וְלֹא
מַוְדִיעַ דָּבָר אֶלָּא מוֹשְׁקָעַ
בְּאוֹר כְּשָׂדִים בֵּין עֲבָדִי
עַזְוָן הַטְּפָשִׁים וְאַבְיוֹ וְאַמוֹ
וְכָל הָעָם עֲוָבָדִי עַזְוָן וְהַוָּא
עֲבָד עַמָּהָם וְלֹבֶן מִשּׁוֹטֵט
וּמִבֵּין עַר שְׁהַשְׁגִּין דָּרָךְ
הַאֲמָת וְהַבֵּין קוֹ הַצְּדָקָה
מִתְבּוֹנָתוֹ הַנְּכוֹנָה וַיַּדְעַ שֵׁישָׁ
שֵׁם אֱלֹהָה אֶחָד וְהַוָּא מְנַהֵּג

§ VI. Postquam ablatatus est fortis ille, coepit vacillare animus ejus, dum etiamnum parvus erat, & orsus est cogitare die ac noctu, cum admiratione, quomodo fieri posset, ut orbis hic assidue regetur, sine rectore, aut quis eum circumageret, quando sponte sua moveri nequiret. Neque erat ei doctor, aut ullus omnino, qui ei quidpiam indicaret: sed in Vr Chaldæorum submersus erat inter fatuos idololatras. Pater autem, ac mater ejus, omnisque populus, idola colebant, & ille unus cum iis. Vacillabatque animus ejus, & magis magisque intelligere coepit, donec deprehendit veritatem, perspectamque habuit justitiae regulam, rectitudine intellectus sui. Itaque cognovit, esse Deum

הַגְּלָגָל וְהוּא בָּרָא הַכָּל
וְאֵין בְּכָל הַנִּמְצָא אֱלֹהָה
חוֹזֶם מִמְנוּ וַיַּדַּע שֶׁכָּל הַשְׁלָטָן
טוֹעֲם וְדָבָר שְׁגָרָת לְהַסְּתָּרָה
לְטֻעוֹת וְהַשְׁוּבָדִים אֶת
הַכּוֹכָבִים וְאֶת הַצְּרוֹת עַד
שָׁאַבְרָהָם הַאמְתָּה מִדְעָתָם.
וּבֶן אַרְבָּעִים וּשְׁמֹונָה שָׁנָה
הַכִּיר אַבְרָהָם אֶת בָּרוֹאָו:

Deum unum, gubernatorem orbis, qui cuncta creasset; neque in omnibus, quae sunt, aliud esse Deum praeter illum. Advertit quoque, universum mundum errare, & caussam erroris esse, quod idolis serviissent, donec ex animis eorum veritas excessisset. Erat autem Abraham annorum octo & quadraginta, quando agnovit Creatorem suum.

Postquam ablactatus est fortis ille.] [וַיַּחַזֵּק חֶבְרֵא de Patriarchis Abraham, Isaco, & Iacobo usurpant. Vox *fortem* proprie notat, sed & pro magno, & illustri homine ponitur. Vnde David de Pomis, נִיכִיס מִרִּס, *Principes*, ac *illustres* viri exponit. Hinc R. Elihezer mensem Tisri, sive Septembrem 1 Reg. viii. 2. רִיחֵן מִיקְנִיס mensem *fortium* vocari existimabat, quia eo nati essent tres Patriarchæ. Sed gaudeat ille conjectura sua. Disputant porro Hebrei in Gemara Nedarim sub finem, quo ætatis anno Abraham Deum agnoverit. R. Laquis, anno ætatis tertio, alii octavo & xlvi. id factum asserunt. At Maimonides noster has sententias conciliat. Nam initio hujus sectionis statuit, Abrahamum cum parvulus esset, cœpisse in majorum fide vacillare, & magis magisque suspectam habuisse idolatriam. Sed in fine sectionis docet, Abrahamum, annos natum xlvi. in fide recta prorsus fuisse firmatum, ita ut deinceps soli vero Deo semper adhæserit. Sed alter etiam scrupulus eximendus. Quæstio enim est, cum Scriptura nusquam dicat, Abrahamum anno ætatis duodequinagesimo rejecta penitus idolatria, solum verum Deum coluisse: unde id excusserint Rabbini? Non aliunde hoc melius discitur, quam ex R. Isaac Abravanel in *Commentario Legis*, sectione LEH LECHA: ubi tradit, si quis accurate tempora putaverit, eum comperturum, in annum Abrahami xlvi. incidere id tempus, quo in structura turris Babylonicae facta est linguarum confusio. Quod grande miraculum ubi Abraham conspexerat, firma fide credidisse vero Deo, qui facit miracula solus. Vtrum autem anno Abrahæ xlvi. linguarum contigerit confusio, non est hujus loci disputare. Sane multum ab eo abeunt Chronologorum

rum alii. Verum ut non ἀπλῶς, ita ex Chronologica illa Abravanelis hypothesi non infeliciter processerit argumentum.

Pater autem ac mater ejus.] Vetus opinio est, Tharam primum fuisse statuarum repertorem. Vnde B. Epiphanius lib. i. adversus hæreses cap. i. §. 6. Εντεῦθεν, inquit, γέγονεν αὐδεραυτωλασία δότο πηλεργίας Ἡ κεραμικῆς Πτισήμης, Διὸς τὸ Θάρρα Γάτη τεχνης. Ex eo tempore simulachra ex argilla, figlinoque opere reperta sunt, artifice Thara. Subdit mox idem Pater, à condito mundo ad illud usque tempus, nullum filium vivo parente naturali morte extinctum: sed primum Aranem mortuum superstiti Tharæ luctus caussam dedisse. Indeque verba Scripturæ: *Et mortuus est Aran coram Thara patre suo, in terra nativitatis suæ.* Sed hoc ex traditionibus Hebræorum esse videtur: quæ plerunque fuitiles sunt: constat enim Lamechum ante Methusale aliquot annis obiisse.

Et ille una cum iis.] De hoc ambigunt veteres. Pro Maimonide videtur esse locus Iosuæ xxiv. 2. *Trans flumen habitaverunt majores vestri, olim, Thara pater Abrahami, & pater Naboris, colueruntque deos alienos.* Vbi coluerunt ad omnes referri videtur. Quod tamen nonnulli ad solum Tharam referunt: & in his Augustinus lib. xvi. de civitate Dei cap. xii, quem exscripsit ad verbum Eucherius Lugdunens. lib. ii. in Genes. cap. ix. *Apud Chaldaeos, autem, inquit, jam tunc superstitiones impie prævalebant, quemadmodum per cæteras gentes.* Una igitur Thare domus erat, de quo natus est Abraham, in qua unius veri Dei cultus, & quantum credibile est, in qua jam sola etiam Hebræa lingua remanserat: quamvis & ipse sicut jam manifestior Dei populus in Ægypto, ita in Mesopotamia servisse diis alienis, Iesu Nave narrante refertur; ceteris ex progenie illius Heber in linguas paullatim alias & in nationes alias diffluentibus. Proinde sicut per aquarum diluvium una domus Noe remanserat ad reparandum genus humanum: sic in diluvio multarum superstitionum per universum mundum, una remanserat domus Thare, in qua custodita est plantatio civitatis Dei.

Sed crediderim ego, Augustinum, ut id sentiret, multum adductum verbis Achioris Ammonitæ Iudith. v. 7. 8. 9. quis ait, Israelitarum majores è Mesopotamia terra ejectos esse, quia nollent adorare Deos gentis. Verum potuit Achior falli; nec mihi ejus autoritas tanti sit, cum certum sit, Tharam idola coluisse; & minime è Mesopotamia ejectum. Angustini tamen verba ita interpretari liceat, conservatam civitatem Dei in domo Tharæ, id est, cum cæteri omnes patres, Semus, Arphaxadus, Heberus, mortui essent, in sola domo Tharæ man-

R. MOSES MAIMONIDES

⁷⁴ sisse cultum Dei. At non inde sequitur, dum illi viverent, nunquam Abrahamum idola coluisse. Verisimile est, faltem primis annis eum parentis mores secutum esse, & idola coluisse: postea auctu ætatis à majoribus, Semo, aliisque instructum, aliterve Dei providentia ad notitiam ejus adductum, nefarias superstitiones deseruisse.

וז כיוון שהכבר וידע
התחל לחשיב תשבות
על בני אור כשרים ולעריך
דין עמכם ולומר שאין זו
דרך האמת שאתם הולכים
בזה ושיבר הצלמים והתחל
להודיעם לעם שאין ראוי
לעבוד אלא אלה העולמים
ולו ראוי להשתחוות
ולחקריב ולנסך כדי
שיכירודו כל הברואים
הבאים. וראו לאבד
ולשבר כל הצורות כדי
שלא יטע בהן כל העם
כמו אלו שהם מדרמים שאין
שם אלה אלא אלה:

§. VII. Postquam accuratam ejus notitiam adeptus est, coepit reddere responsa adversus habitatores Vr Chaldaeorum, & disputare cum iis: Nequaquam, inquietabat, in via veritatis vos ambulatus. Confregit autem simulachra, & aggressus est ostendere populo, neminem colendum esse præter Deum mundi. Illum dignum esse, quem adorarent, ac sacrificiis & libationibus colerent, quo ab hominibus secuturis agnosceretur. Perdendas vero, & confringendas esse imagines omnes, ne per eas universus populus erraret, exemplo illorum, qui existimarent, nullum alium, præter eas, Deum esse.

Et disputare cum iis.] Hebræis est disputare, jure contendere, litem movere. *ערק דין]* כתבי סדין *כטלי סדין* טרכי קרייניס contendunt. at *advocati*.

Confregit autem simulachra.] Fusius narratur in Bereith Rabba cap. xxxvii. hunc fere in modum: Thare pater Abrahams idololatra vendebat imagines. Accidit, ut domo proficiscens curam rerum suarum relinqueret Abrahams. Qui eorum, quotquot ad emendas imagines accesserant, de ætate sua quemque interrogavit: postquam hic x. ille se annorum esse affirmasset: *Quid ergo, inquit, ejus ætatis homines unius diei statuam veneramini?* Cæteros inter & mulier accessit, patinam fariæ adferens, quam idolis se oblatum venisse dictitabat. Abraham, recepta

cepta patina , securim arripiens , omnes imagines confregit , excepta maxima , cuius manui ferrum inferuit . Reversus parens , & spectaculi novitate commotus , de re tota Abrahamum percunctatur . Et ille , de lata , inquit , huc patina cum farina erat , ortaque inter statuas contentionem , quænam ex omnibus apposito cibo vesceretur , maxima secundum arripiens cæteras confregit . Indignabundus Thare , querere , an ludibrio se Abraham haberet . quippe nullum statuis sensum esse . Subjecit Abrahamus , attende , quid ipse dicas . Quibus verbis auditis , protinus eum parens ad Regem Nimrod detulit ; à quo post varias disputationes in ignem conjectus , & ab angelo Gabriele exemptus est . Atque hoc referunt illud Scripturæ : *Ego sum Dominus , qui te exemi ex*
Vir , seu igne Chaldaeorum .

ח כיון שבר עליהם
בראיותיו בקש המלך
להרגנו ונעשה לו נס ויזא
לחן והתחילה לעמוד ולקרא
בקול נרול לכל העולם
וליהודים שיש שם אחר
אחד לכל העולם ולו ראי
לעבד והיה ממלך וקורא
ומקבץ העם מעיר לעיר
ומממלכה לממלכה עד
שהגיע לארץ בנען והוא
קורא שנאמר ויקרא שם
abricom בשם אל שלם :

5. VIII. Valescentibus apud eos argumentis illius , studuit eum Rex occidere . Sed ipse , miraculo sibi divinitus facto , abiit in Haran , ibique consistens , coepit palam loqui apud omnes homines , & ostendere , quomodo esset unus totius mundi Deus colendus . Ibatque prædicans , & populum congregans , de urbe ad urbem , & de regno in regnum , donec attigit terram Kenahan . Prædicabat autem id , quod dictum est , * *Et vox* ^{* Gen.} *cavit ibi Abraham in nomine Domini* ^{21. 33.} *Dei mundi .*

Signo sibi divinitus facto .] Intelligit miraculosam liberationem ex igni , in quem à Chaldeis dicitur conjectus . Qua de re sic Hieronymus Quæstionibus Hebraicis in Genesin : *Pro eo quod legimus , in regione Chaldeorum , in Hebreo habetur חור כטדים ur Chasdim , id est , in igne Chaldeorum . Tradunt autem Hebrei , ex hac occasione , istiusmodi fabulam , Quod Abraham in ignem missus sit , quia ignem adorare noluerit , quem Chaldei collunt , & Dei auxilio liberatus , de idololatriæ igne profugerit . Nempe vox ambigua*

R. MOSES MAIMONIDES

¹⁶ ambigua est, ac nunc commune, sive, ut Grammaticorum filii loquuntur, appellativum est, & ignem notat; nunc proprium est, & Chaldaicæ civitatis nomen: cui ipsi hoc nomen inditum Hebræi putant, quia istic, ex Beli sive Nimrodi instituto, ignis pro Deo coleretur: ad quam ambiguatem evitandam, interpretes Græci non solum in Genesi, sed etiam Nehemiæ ix. 7. pro *Vr.*, χώρας dicere maluerunt. Porro Abrahamum in ignem esse conjectum, quia eum nollet adorare, communis Hebræorum opinio est. Complures adducerem testes, nisi abunde id liqueret ex Manassis Ben-Israel, viri in omni Hebræorum eruditione versatissimi, Conciliatore, ex Hispanico sermone ante menses paucos Latine à nobis redditio. Vide eum in Genesin quæstione xl.

Ibatque prædicans.] קָרְרֵה clamare, vociferari, publice profiteri ac prædicare.

Vocavit ibi Abraham.] Mens Maimonidæ est, Abrahami conciones nihil aliud annuntiasse, quam Deum creatorem mundi. Cui consentanea hæc Iosephi lib. i. Antiquit. cap. viii: Πρῶτην οὐσίαν τολμᾶν Θεὸν πάποφλωαδός δημιουργὸν γὰν ὄλων ἔνεια. Primus igitur ausus est ostendere unum Deum omnium opificem. In eandem fere mentem Gerundensis ad hunc locum Genes. 14, προδιεῖτο προτερον τὴν καταγέτην στολῆς παντού, indicavit hominibus secretum gubernationis mundi totius. Clarius Bahie ad eundem locum: סִנְמַנְיִ דָרוֹן כִּי מַתְכִּינִים קְנַגְתַּת הָעוֹלָם לְכָל כָּלָלָיו, וְכָלָלָתָו וְכָלָלָתָו כִּי חָדָשׁ כָּל כָּלָלָתָו. מַדְרִיכִים בְּדַרְךָ קְנַגְתַּת הָמְנָגִים כִּי חָדָשׁ כָּל כָּלָלָתָו. Quia homines ævi illius adscribebant stellis ac plantis gubernationem mundi, ille reducebat eos in viam veritatis, indicans eis unicum rectorem, nimirum Deum mundi.

ט וּבַיּוֹן שָׁהִוּ הָעֵמֶק תְּקִבְצֵין אֶצְלוֹ וְשׂוֹאַלְיָן לוֹעֵל דָּבְרֵיו הִיה מַודִּיעַ לְכָל אַחֲרֵי וְאַחֲרֵי כִּפְיָה דַּעַתּו עַד שִׁיחֹוֹרְהוּ לְדַרְךָ הָאִמְתָּת עַד שְׁנַתְקִבְצֵוּ אֶלְיוֹ אַלְפִּים וּרְבָּבוֹת וְהֵם אָנְשֵׁי בֵּית אַבְרָהָם וְשַׁתְּלֵל בְּלָבָס הַעִיקָּר הַגָּדוֹל הַוָּה וְחַבְרֵבָן סְפָרִים וְהַוְּדִיעָה לִיצָּחָק

s. IX. Postquam autem collectus ad eum populus interrogavit eum de verbis ipsius: indicavit unicuique opinionem suam, donec reduceret eos in viam veritatis; atque ita congregata ad eum sunt millia innumera. Illi erant viri domus Abrahami. Infixaque animis eorum magnum hoc fundamentum; composuitque libros de eo, & filio suo Isaac indicium ejus fecit.

בָּנו וַיֵּשֶׁב יִצְחָק מַלְמָד
וּמוֹהֵר וַיֵּצֶחֶק הַוְדִישׁ לְיַעֲקֹב
וּמִנָּהוּ לַלְמָד וַיֵּשֶׁב מַלְמָד
וּמְחֹזֵק כָּל הַנְּלוּם אֱלֹהִים.
וַיַּעֲקֹב אָבִינוּ לַמְדָד בְּנֵי כָּלָם
וְהַבְּדִיל לֹוי וּמִנָּהוּ רָאשׁ
דָּרְךָ הַשָּׁם וְלִשְׁמֹר מִזְוֹת
אַבְרָהָם זֹצֵה אֶת בְּנֵי
שְׁלָא יִפְסִיקוּ מִבְנֵי לֹוי
מִמְוֹנָה אֶחָד מִמְוֹנָה כֶּרֶב
שְׁלָא יִשְׂתַּחַח הַלְמָוד :

fecit. Isaac porro significavit illud Iacobo, & eum his docendis præfecit. Seditque Jacob illud docens, & confirmans, quotquot se se ei adjungerent. At pater noster Jacob erudiit quidem in eo omnes filios suos: Levi tamen dispartatum à cæteris caput posuit, ac collocavit eum in gymnasio ad docendam viam Dei, & custodienda præcepta Abrahami. Præcepit autem filiis, ne à Levi doctore suo deficerent, ac sic in oblivionem doctrina veniret.

Illi erant viri domus Abrahami.] Respicit ad Genes. xvii. 27. בְּיַתְוּ יָלִד בֵּית וּמִקְנַת כָּסָף מִתְּחַת בַּן נָכָר מִלְוָה תְּחֻנוֹן id est, Et omnes viri domus Abrahami, natus domi, & emitus pecunia ex alienigena, circumcisj sunt cum eo. Quo loco per בְּיַתְוּ intelligit conversos ab Abrahamo, quos Abrahamitas, ut ab Isaco Isacidas, vetustas nuncupavit. Vnde Epiphan. lib. 1, advers. hæref. cap. 1. נָכָר לְאַלְמָנָת תְּמִימָה תְּמִימָה אֶלְעָמָנָיו וְכָל יְהוּדָה Appellabantur tunc pi omnes Abramitæ, & Isacitæ. Atqui si per בְּיַתְוּ conversi intelligerentur, oportuerat non יְהֻדָּה, sed יְהֻדָּה cum disjunctivo in S. Scriptura legi: nunc, illo absente, quivis videat, primo loqui eum universe de omnibus, qui in familia Abrahami essent; dein descendere ad partes: ut sensum commodissime exprimere liceat, omnes domestici ejus, tam vernæ, quam emtitii servi. Etiam Genes. xiv. 14. per חֲנִיכִי Abrahami intelligi volunt Hebræi eos, quos ille in pietate erudiverat. Quomodo vox illa usurpatur Proverb. xxii. 6. Erudi puerum, &c.

Magnum hoc fundamentum.] Similiter Autor noster Tractatu Iesode Tora cap. 1. יְסָד סִיסּוֹרֹת וְעַמּוֹד שְׁכָחוֹת לִידֵיכְךָ טִמְסָס מִזְבְּחָה רְחִיסָן וְסָמָן אַחֲנִיכְךָ כָּל גַּמְנָה. Fundamentum fundamentorum & columnæ sapientiae est, scire quod est ens aliquod primum, existere faciens omnia existentia. Et cap. eod. inquit, is qui plures esse Deos credit, quam unum, טְעִיר הַגְּדוֹלָה, מִכָּל תְּלִוִי כָּו negat fundamentum maximum, à quo cuncta pendent.

Compositusque libros de eo.] Nimirum, *ספר הינירס*, *librum creationis*: qui
hodieque, si inscriptioni credere fas, extat. Mirum, non inter Cano-
nicos S. Scripturæ libros eum thesaurum à Cabalistis reponi: quippe
per quem sese miracula quoque facere posse afferant. Vide Gemaram
Sanhedrin cap. vii. Alii auctorem ejus esse R. Aquibam volunt.

Collocavit eum in Gymnasio.] *מגנָס* Hebræis est locus in quo sunt doctores legis & discipuli multi. id est, Academia, aut gymnasium. Appellatio haud dubie orta ex more Orientis, ubi humi confidentes hodieque docere, & audire solent; unde Arabi-
bus sui *مقامات confessus*: à quibus Harirus nomen fecit celeberrimi-
mo operi, quod inscripsit **مقامات الهرير confessus Hariri.**

Hinc מרכני קורה, געל פימיכה & רלה פימיכה doctor, quos etiam Hebræi
vocant, phrasl ab eodem more deducta, quia *discumbere faciunt* (s. ho-
mines) ad audiendam legem. Quæ autem hic Maimonides tradit de do-
ctrina Isaci & Iacobi, collegisse videtur ex Genes. xvii. 9. ubi Deus
ait, *Nam agnovi eum Abrahamum, ut quem præceperit filiis suis, & familiæ
sue post se, etiam obseruent viam Domini, exercendo justitiam & jus.*

וְהִיָּה הַדָּבָר הַלְּךָ
וּמַתְגַּבֵּר בְּבָנֵי יַעֲקֹב וּבְנָלוּם
עַלְהֶם וּנוֹעֲשֵׂת בְּשָׁלָם אֹמֶה
שַׁהֲיָא יָדַעַת אֶת הַעֲדָה
שָׁאַרְכּוּ הַיָּמִים לִיְשָׁרָאֵל
בְּמִצְרָיִם וְחוֹרוּ לִלְמֹוד
מְعַשְׁיָהֶם וְלַעֲבוֹד עַז כְּכֹותָן
חוֹזֵץ מִשְׁבַּט לְוִי שָׁעֵד
בְּמִצּוֹת אֲבוֹת וּמְעוֹלָם לְאָ
עֲבָד שְׁבַּט לְוִי עַכְ"ז וּכְמַעַט
קט הִיא הַעֲיקָר שְׁשַׁתְּלָ
אַבְרָהָם נָעָקָר וְחוֹוֹרִים בְּנֵי
יַעֲקֹב לְטֻועָת הַעוֹלָם
וְתַעֲיִתָּה :

§. X. Et incedebat crescebat-
que verbum hoc inter filios Iaco-
bi, & eos qui se illis adjungebant,
adeo ut in mundo jam aliqua na-
tio esset, quæ Deum nosceret;
donec processere Israeli in Ægy-
pto dies. Illic enim redierunt ac
discendos illorum mores, & idola
exemplo eorum colenda, excepta
tribu Levi, quæ perseveravit in
mandatis Patrum. Nec ullo tem-
pore tribus Levi idolis serviit. Ita
paullatim fundamentum, quod
Abrahamus jecerat, sublatum, &
Iacobi filii ad errores mundi rela-
psi sunt.

§ XI. Cæ-

יא ומאהבת ה' אותנו
ומשמרו את השבואה
לאברהם אבינו עשה משה
רביינורבן של כל הנביאים
ושלחו. כיון שנחנבה משה
רביינו ובחר ה' ישראל
לנחלת הכהנויות במצוות
והוריעם דרך עבודתיו ומראת
יהיה משפט עבודת כוכבים
ומולות וכל הטועים
אחריהם:

¶ XI. Cæterum Dominus, amore erga nos, dein ut servaret juramentum Abrahamo parenti nostro datuin, Mosem magistrum nostrum principem fecit omnium Prophetarum, atque eum misit. Postquam autem prophetavit Moses, magister noster, elegit Deus Israelem hæreditatem sibi, eumque præceptis coronavit; edocuitque viam cultus sui, quodque futurum esset judicium idolatriæ, & omnium qui eos sequerentur.

Præceptis coronavit.] Frequens loquendi formula Hebræis. In libro Aboth cap. 1. טלית כתiris ה כתר קורס וכתר קבונה וכתר מלכות. *Tres corona sunt, corona legis, corona sacerdotii, & corona regni.* Hinc ipsam quoque legem coronam vocant, Tractatu eodem cap. 1. *Qui corona servitio utitur, peribit.* Ita enim hæc transferenda, quæ perperam doctissimus Fagius verterat, *Quisquis proprii commodi gratia servit, sub corona peribit.* טלית non est servire, sed alterius servitio uti, quod recte Galli exprimunt, *se servir.* Mens dicti est, eum, qui ad proprium quæstum Lege seu ministra utitur, peritum. Cur Lex נג. id est, *corona vocetur*, exponit Ioseph Chaion in commentariis ad eum locum, כו' סתלך נמר ודס ימס ברקמו טטרת זהב גדרולה מלחה ספירים ותרמים מוכס ויספס סתאר חכני נזר לכבוד ולתפארת ככס קולוה, "ת' טטרת סלו כי פחרה כי קרס חפנני" וכל חפניכים ימ' יסוו בס. *Quemadmodum Rex mortalis imponit capiti suo coronam ex auro magnam, plenam sapphiris, beryllo, onyche, & jaspide, aliisque lapidibus pretiosis, ad ornatum & magnificentiam; ita Deo benedicto corona Lex est.* Nam pretiosior est margaritis, nec ulla desideria aequalia sunt ei. Mallem, exemplo Maimonidæ, Legem appellasset coronam non Dei, sed Israelis.

פרק שני

CAPUT II.

עֵיקָר הַצּוֹוֶב עֲבוֹדָה
וְרוּחַ שֶׁלֹּא לְעַבּוֹד
אַחֲרֵי מְכֻלָּלָה בְּבָרוֹאִים לֹא
מֶלֶךְ וְלֹא גָּלָל וְלֹא כּוֹכֶב
וְלֹא אַחֲרֵי מִזְרָחָה וְלֹא
אַחֲרֵי מְכֻלָּלָה נְגַבְּרָאִים מְהֻן
וְאַפְּלָפִי שְׁהַעֲבֹד יְזַדֵּעַ
שְׁהַשְּׁם הוּא אֱלֹהִים וּ הוּא
עֲבֹד הַנְּבָרָא הוּא עַל דָּרְךָ
שְׁעַבְּדָן אָנוֹשׁ וְאָנָשִׁי דָּרוֹן
תְּחִילָה הַרִּי זֶה שְׁעַבְּדָן עַזָּו :

Vndamentum mandati de idololatria est, ne quis serviat ulli rerum creatarum; non angelo, non sphæræ, non stellæ, non un ex quatuor elementis, aut cuiquam quod ex iis compositum est. Quamquam autem is, qui ea colit, sciat illa non esse Deum, ac colat creaturam hanc quomodo coluit Enos, & illius coætanei; nihilominus est idololatra.

Ne quis serviat ulli rerum creatarum.] Definit autor idololatram, QVI CVLTVM VLLI CREATVRÆ EXHIBET: nimirum cultum non civilem, sed divinum. Nam verbi *עבד* natura apud Hebræos tam late extenditur, quam apud Græcos δηλεύειν & λατρεύειν: utrumque enim & generatim pro honore, etiam civili, & adstricta magis notione pro divino sumitur. Similis definitio Cypriani in exhort. ad Mart. Tunc, inquit, idololatria committitur, cum divinus honor alteri datur. & Gregor. Nazianz. orat. in nativitatem Christi: Τὸ πάντων ἔχατνήν κακῶν καὶ πεccatorον, εἰδωλολατρείαν, ἐγῇ μεταφέσος τῆς απεσκιαζόσεως, δόπος πεποιηκότερος τῆς αὐτούμνατος. quod omnium malorum extremum ac primum est, idolorum cultu, ac translatione adorationis à Creatore ad creatureas. Sed Maimonides sua definitione non tantum sese complecti ait eos, qui creaturis cultum exhibent ut Deo; verum & qui iis supplicant ut ministris Dei. Vnde Tractatus Tesuba, seu de Pœnitentia cap. 111. § 12. & 13, recensens eos, quibus sors futuri seculi non est, inter cæteros ponit יונתן בן סתורא. deficientes à Lege, seu apostatas; quorum quinque species facit. I Qui negant Deum, aut ullum rectorem mundi esse. II Qui multos deos statuunt. III Qui Deum quidem esse credunt, sed eum fidus aliquod aut planetam esse arbitrantur. IV Qui negant solum esse primum & creatorem omnium.

omnium. v *Qui stellam colunt, ut sit רְכֹן כָּלִיל כְּבָנָיו וְכָנַי שְׁמָוֹתֵיכֶם* interpres in-
ter se & Dominum mundi. Quo loco stellam posuit pro omni creatura,
ut satis indicant verba, quæ hic profert. Hinc & Iosephus Albus li-
bro IIII in Icarim cap. XVIII. idololatriam primam eorum fuisse
existimans, qui angelos & similes creatureas, ut sequestres inter se ac
Deum coluissent; ait Deum, quando in Decalogo ait, *ךְּלָקִים תְּהִיא, תְּהִיא כְּלָקָרְךָ*. Non erunt tibi dii alieni ante faciem meam; id voluisse, ne ho-
mines ullos ponerent sequestros, aut deprecatores inter se & ipsos.
Quasi illud *כְּלָקִים תְּהִיא ante faciem meam* denotaret, qui faciem meam à vestra
dirimant, & velut mediatores sint.

Non angelo.] Distinguunt Hebræi hic, uti quoque videre est apud
Iosephum Album lib. II. cap. XXVIII, dictantes, angelum propriæ,
hoc est ratione sui ipsius, nequaquam colendum esse: at eundem coli
impropriæ posse, ubi personam Dei sustinet, aut potius in misso, per-
sonam mittentis: atque id Abrahæ, Iehosuæ, aliorumque exemplis
probant. Vnde & ineffabile nomen Dei, nulli creaturæ communi-
candum, tribui angelo volunt, cum Dei personam gerit. Scilicet illud
necessario statuendum erat Servatoris nostri divinitatem negantibus,
quem angeli, & Iehovæ nomine in S. Scriptura passim appellari, tam
fuse Patrum antiquissimi ostenderunt, & præ cæteris Iustinus Mar-
tyr. Ita Genes. XVIII. 13. 14, Iehova non alias est, quam Christus:
quippe quem ibi Abrahamus vocet judicem cœli & terræ. Nec quen-
quam sanioris mentis moverit κρητοφύγετον illud Rabbinorum, qui
tres quidem angelos à Deo missos ajunt, sed præter illos ipsum Abra-
hamo adstitisse Deum. Nam manifeste aliud evincunt verba Scriptu-
ræ. Apparuit, inquit, porro ei Iehova in planicie Mamre, cum sederet ipse ad
ostium tentorii sui, astante die. Cum enim sublatis oculis suis adspexisset, ecce
tres viros sistentes se coram eo. Priori commate indicatur visum ei Ieho-
vam; altero modus quo visus sit, nimirum cum duobus viris. Com-
mate autem 22 ejusdem cap. legas, viros illos Sedomam versus ab-
iisse; Iehovam autem permanuisse cum Abrahamo. Nimirum, ut
cap. xix. 1. declaratur, duo viri, seu angeli abierunt; Iehova, qui tertius,
remansit. Quod si quartus Iehova erat, quærere velim, quoniam abs-
cesserit tertius ille angelus. Egregia sunt de hoc loco verba Ioannis
Cantacuzeni, quæ adscribere libet. Ait is Apolog. I. contra Saracenos:
Ποίας ἔχει ακελλαῖς, πόπε Μωάντις, ή ἔπερός θεοὶ τῶν άγίων μυηθεῖς
ἄγγελοι, ἀνόμασεν αὐτὸν Κυρίον ή περτοῦ; Ή οὐδὲ εἰν οὐ πείνων πᾶσαι
τὸν γλωττὸν Θεός; εἴτε οὐδὲ αὐτοφάνετο, ὅποι Θεός Επανήροπτος οὐδὲ

R. MOSES MAIMONIDES

Φανεῖς ὡς αὐθεωτός, ἄγελός τον λοῦ διὰ εἰπομένην αὐτίας, Φαίνετο
 πάντως ἐξ αὐτάγκης, ὅπι αὐτὸς λοῦ ὁ ἴδιος ἐλόγος Θεός, ὃς εστι Θεός
 καὶ αὐθεωτός. Quid sibi verba volunt, quando Moses, vel Sanctorum alius
 quis, mentionem faciens angeli, eum Dominum nuncupat, vel Iudicem? Nam
 quis alius omnem judicat terram quam Deus? Quandoquidem igitur conspicuum
 est, eum qui hominis instar apparuit, Deum vel patrem esse non posse: atque an-
 gelus non erat ob causas quas diximus: necessario hoc consequitur atque elucet,
 fuisse eum Filium ac Sermonem, qui Deus est & homo. Quod si omnino
 concederemus, posse angelum coli tanquam sustinentem personam
 Dei, quemadmodum in legato Regem veneramur; nullus tamen di-
 xerit, legatum recte loqui, si dicat, se ipsum Regem esse. Cum ta-
 men Genes. xxxi. 13. ille, qui paullo ante angelus appellatus erat,
 dicat, *Ego sum Deus Bethelis, ubi unxiisti statuam, ubi vovisti mihi votum.*
 Clare id ostendit, angeli nomine saepe nuncupari, magnum illum novi
 foederis angelum, & verum Deum, IESVM CHRISTVM. Ne quis
 autem & illum, qui ei Bethele apparuit, putet angelum fuisse, clare ha-
 bemus Gen. xxviii. 12. 13. *Viditque in somnis scalam stantem super ter-
 ram, & cacumen illius tangens cœlum: angelos quoque Dei adscendentes & de-
 scendentes per eam.* Et Dominum innixum scalæ dicentem sibi, *Ego sum Domi-
 nus Deus, &c.* Aperte Dominus ab angelis distinguitur: & tamen idem
 postea angelus appellatur; nimirum magni concilii Angelus. Hebræis
 vero refellendis quoque sufficerit locus Gen. xxxi. 30. Nam si an-
 gelus erat, non autem Deus, quicum luctatus est Iacobus: cur ait,
Facie ad faciem vidi Deum, & erupta est anima mea. Non solebant ita lo-
 qui sancti illi Patres, nisi conspecto ipso Deo: unde exclamatio Iesaiæ
 vi. 5. *Hei miki quod exscindor, &c.* Sed, quamvis omnium prope Pa-
 trum Ecclesiæ consensum secuti, in his aliisque id genus locis statua-
 mus, Servatorem nomine angeli designari; non tamen negandum,
 aliis quoque angelis cultum exhibitum: cuius exemplum in Lotho
 habemus Gen. xix. 1. Verum distinguere oportet inter cultum divi-
 num & honorem civilem. Incurvatio illa seu *προσκύνησις*, quæ an-
 gelis exhibebatur, civilis honor erat, & orienti solitus: quippe quem
 Regibus quoque exhiberent: at adoratio soli Deo concessa. Ut pro-
 inde non opus sit recurrere ad eorum distinctionem, qui volunt, sub
 Lege licitam fuisse adorationem angelorum. Quod probandum erat.
 Et Hebræos fortassis, qui *προσκύνησιν* quoque ponunt inter quatuor
 cultus soli Deo debitos, illud quoque impulit, ut dicerent, angelum
 adorari posse, quando personam Dei sustineret, quod discrimen non
 ponerent

ponerent inter incurvationem religiosam, & quæ more humano exhibetur. In novo Fœdere unus hujus ῥεγσκωσήσεως meminit Ioannes Apocalypſ. xix. 10. & xxii. 8. qui angelum adorare parabat, & prohibitus ab eo est. Sed illi facile occurritur, cum dici possit, dubitasse eum, utrum creatus ille angelus, an increatus esset. Vel dicendum, tantummodo civilem voluisse honorem exhibere; uti in veteri Testamento ſæpius factum: sed eam angeli erga Apostolum fuisse dignationem, ut hunc quoque recusaret. Neque ignoro, viros quosdam eruditos existimare, impie quidem angelis honorem exhiberi religiosum, quandoquidem is uni conveniat Deo: ſtulte autem iis præstitum iri honorem civilem, quia nullum iis nobis cum sit commercium civile. Verum fane ut locum hæc habeant, quando non communicant nobiscum, uti profecto habent: aliter tamen statuendum, ubi ministros illos spiritus Deus ad hominem mittit, quo mandata ejus deferant. Quippe si homo homini loco illustri constituto civilem debeat honorem; quo pacto ſtultum sit, si cælestibus illis civibus, sive, ut vulgo loquimur, concivibus suis, ad aliqua communicatinga cælitus missis, honorem deferat civilem?

ב וענין זה הויא
שהוהיורה תורה עליו ואמרה
ופן תsha עניין השמיימה
וראית את השם וגנו אשר
חלק ה' אלהיך אוטם לכל
העמיים כלומר שמא תשוט
בעין לך ותראה שאלה חן
המנהייניס את העולם והם
שחלק ה' אוטם לכל העולם
להיות ח"ס והווים ואינם
נפסדים כמנחנו של עולם
ותאמר שראו לחשחות
לهم ולעבדן . ובענין הורא
צוה ואמר השמו לכם פן
יפתח לבבכם כלומר שללא

II. Atque hac de re admonens
Lex dixit,* Ne tollas oculos tuos ver- * Deut. 4. 19.
sus cælum, & adspicias, &c. quem im-
pertitus est Dominus Deus tuus omni-
bis gentibus: ac si diceret, forte ex-
tenſo oculo intellectus tui vide-
bis, illos esse gubernatores mundi;
cum ii sint, quos Deus impertitus
est toti mundo: & quia viva ac
generata, nec tamen corruptibilia
sint, juxta naturam rerum munda-
narum, dices adorandos eos ac
colendos esse. Itaque super eo
præcipiens Scriptura ait, † Cavete^{t Ibid. 11. 17.}
ne seducatur cor vestrum. quasi di-
ceret, ne ita cogitationibus vestris
seducamini ad cultum eorum, ut
sint

²⁴ חטעו בהרהור הלב לעבד
אל להיות סרسور בינוּם
ובין הבוּא:

Vt sint conciliatores. Rabbinis est proxeneta, aut conciliator: unde D. de Pomis exponit, בין קוממי על יד סרسور טוֹן כהמאנטי, ita qui emit per proxenetam, is est medius inter emtorem & venditorem ad faciendum contractum. Ambigo, deducamne vocem à serm exscindere, tollere, quia tollit controversias; an ab הספר, removere. Ratio etymologiae eadem sit.

ג ספרים רבים חקרו
עבדי כ'ום בעבודתך ה'אך
ע'יך בעבודתך וממה מעשיך
ומשפטיך. צונו הק'בה
של'א לקרות באותך
הספרים כלל ולא נהדר
בך ולא בדבר מדבריה
ואפ'לו להסתכל בדמות
הצורה אסור שנ' אל תפנו
אל האלים. ובענין הזה
נאמר ופן תדרוש לאלהיהם
לאמר איך יעבדו של'א
תשאל על דרכ' בעבודתך
ה'אך ה'א אע'פ' שאין אתה
עבדה שדבר זה גורם
להפנות אחראית ולעשות
כמו שהוא שעשין שנ' ואעשה
כן נס אני: וכל הלאין
ה'אלו בענין אחד הוא והוא
של'א יפנה אחר ע'ו וכל

* Levit. 19.4.

* Deus. 12. 30.

III. Multos libros composuerunt idololatræ de cultu suo, quod sit fundamentum illius, quæ opera, & qui ritus. Cæterum præcepit nobis Deus benedictus, ne quidquam legeremus in libris istis; neque meditaremur in ea (idolatria) aut ulla re, quæ huc pertinet. Quin etiam considerare formam imaginis vetitum est. q. d. *Ne defigas oculos tuos in idola.* Atque ideo dictum * est, *Ne forte inquiras in deos eorum, dicendo, quomodo coluerunt?* Ne roges de ratione colendi eos, etiamsi iis non servias; quia hoc te impellit, ut convertaris ad eos, ac facias, quemadmodum illi faciunt: quo respiciunt verba: *Et faciam sic quoque ego.* Omnia autem præcepta negativa sub hoc uno comprehenduntur; nimirum, ne quis se convertat ad stellas ac planetas. *Quos qui attentius*

הנפנה אחריה בדרכו ששה
attentius respicit, ita ut opus ali-
עשה בו מעשה הרי זה
quod faciat, omnino vapulat.
לוקה:

Ne legeremus quidquam in iis libris.] Vide Sabat cap. **xxiiii.** Et Sanhe-
drin cap. **ii. 5.** **i.** excluduntur à vita futura, qui legunt libros
extraneos; quod exponitur in Gemara, id est, *אַנְיִים*, *atheos*, aut *haereticos*. Sed
restringenda sunt verba Maimonidæ. Infra enim solos se privatos ar-
cere satis ostendit, cum Senatum cuncta huc pertinentia scrutari jubet.
Verba sunt cap. **ii. 2.** *לֵידָעַת דָּרִיכֵין בְּדַ' סְפָרֶכְוֹת מְלֵין*. *סְקוּלִין טֻוְדֵר בְּזַ' סְפָרֶטְוֹן סְזַ' סְפָרֶטְוֹן*. *Et hanc ob caussam necessarium est,*
Senatum scire ceremonias cultus cuiusque, ne lapidibus obruat idololatram, prius-
quam noverit, hunc esse cultum ipsius.

Considerare formam imaginis vetitum est.] Nam, ut habet dictum Thal-
midicum, *סְפָנָה קְרָבָה עֲמָקָם חֲרוּבִים וְתָוָךְ לְלוֹסָות*. *Si respicis eos, facies*
illos Deos. Nimis, quia turpis adeo curiositas in malos plerumque
fructus erumpit: & indignum est, hominem, creatum ad imaginem
Dei, hujusmodi se vanitatibus occupare.

Ita ut opus aliquod faciat.] per *עַמְמָה* intellige qualemcumque cultum;
inclinationem, aut osculum: ut Iobi **xxxii. 26.** Et Sanhedrin **vii. 6.**
הַמְנַקֵּף וְסַתְנָקֵב וְסַתְנָכֵב וְסַתְנָכֵל. *Qui amplectitur, osculatur,*
convertit, aquam effundit, lavat, ungit, vestit, calceat. Adversatur autem hic
autor opinioni isti in Sanhedrin, qua statuuntur rei, qui solis verbis
idolo cultum exhibent. Vide infra cap. **iii. 56.** Eximit tamen ipse
casum unum eodem cap. **5. ii.**

ד ולא ב"זם בלבד הוא
שאסור להפנות אחריה,
במחשבה אלא כל מחשב
שהוא גורם לו לאדר' לעקור
עיקר מעיקרי התורה' מוויהרין
או נשלא להעלות על לבנו
ולא נסיח דעתנו לך
ונחשב ונמשך אחר הרהוריו

I V. Neque ad idola solum
prohibemur convertere cogita-
tiones nostras: sed insuper ab ani-
mo nostro qualemcumque cogita-
tionem, impellere aptam ad ali-
quod caput è fundamentis legis
convellendum, arcere ab animo
monemur. Sed neque mentem eo
transferemus, unde hujuscemodi
cogitatio proveniret, ne ulterius

D traha-

²⁶ הלֹבַ מִפְנֵי שְׁדֻעָתוֹ שֶׁל אָדָם
קְצָרָה וְלֹא כָל הַבְּرִיות
יָכוֹלֵין לְהַשִּׁיג הַאֲמָת עַל
בּוֹרוּיו וְאָסִים מִשְׁךְ כָל אָדָם
אַחֲרָ מִחְשְׁבוֹת לְבָוּ נִמְצָא
מְחַרְבֵּ בְּאַת הַעוֹלָם לְפִי
קוֹידָר דָעָתוֹ:

ח בַּזְדַּבְּדָרְכָה כִּי צְדָקָה פְּעֻמִים יְתֹור
אַחֲרָ עַכְ"ס וְפְעֻמִים יְחַשּׁוּב
בְּיָחֹד הַבּוֹרָא שֶׁמְאָהוּא
שֶׁמְאָה אִינוּ מָה לְמַעַלָּה וּמָה
לְמַטָּה מָה לְפָנִים וּמָה
לְאַחֲרָ וְפְעֻמִים בְּנַבּוֹאָה
שֶׁמְאָהוּא אֲמָת שֶׁמְאָהוּא
אִינָה וְפְעֻמִים בְּחֹרֶה שֶׁמְאָה
הָאִינָה מִן הַשְׁמִים שֶׁמְאָהוּא אִינָה
וְאִינוּ יְדֹעַ הַמְדוֹת שִׁידְןָיִן
בְּהַנּוּ עַד שִׁידֹעַ הַאֲמָת עַל
בּוֹרוּיו נִמְצָא יוֹצָא לִידֵי אַפִּיקּוֹרָסָה.

trahamur à cogitationibus nostris.
Siquidem judicium humanum
parvum ac imbecille est: neque
mortales universi adsequi possunt
simplicem ac sinceram veritatem.
Quod si unusquisque obsequatur
cogitationibus suis, comperiemus
destructum iri mundum ob intel-
lectus ejus imbecillitatem.

V. Nempe aliquando scruta-
bitur idololatriam: aliquando de
unitate Dei cogitat, sitne crea-
tor, necne: quid sit supra, quid in-
fra; quid ante, quid post. Aliquan-
do etiam perpendet, verane sit
propheta, an minus. Nonnun-
quam item, utrum Lex de cælo
sit, an securus. Neque novit regu-
las, quibus dijudicanda ea sint,
donec veritatem certo cognoscat;
atque ita delabitur in do-
gma Epicureorum.

Qualemcumque cogitationem.] Antea de sola idololatria locutus Au-
tor: nunc ad generale præceptum quarumvis impiarum cogitationum
transgreditur: & ostendit, quam inutilibus meditamentis curiosi ho-
mines distineantur. Nimirum quid supra angelos, quid infra terram
sit; quid ante mundum fuerit, quid post eum futurum sit. Quæ cum
homines comprehendere nequeant, saepe in ἀγεότητι, aut omnium
rerum dubitationem incident.

Ita delabitur in dogma Epicureorum.] Epicureum triplicem facit Mai-
monides tractatu Tesuba cap. 111. §. 14. סס נכוֹתָה כָלְלָוְן. סס מִדְעָתְמִגְעָשׂ מִסְכָּנוּמָה לְלֹכֶד כְּנִי הַדְּרָס וְכַאֲכָחִים נִכְוָתְחוּ מִלְאָסָרְבִּים וְסִלְוָתִים סִלְיָן
סִכְוָרָה

הכורה יודע עטמי בכיה רוס. *Qui ait nullam prorsus prophetiam esse, nec scientiam, quæ pertingat à Creatore ad cor hominis; Et qui abnegat prophetiam Mosis magistri nostri; qui que ait Creatorem nescire actiones hominum.* Primo Epicureos facit eos, qui oracula ac vaticinia divina esse negant: itaque ab Epicureismo excludit gentilium illos, qui oraculis fidem habent. Quos ipsos tamen ejus culpæ damnat, cum Epicureum esse vult, quisquis negat prophetiam Mosis à Deo esse. Sed fallitur. Nam alioqui inter gentilem unum & alterum discrimen non sit. Nullus sane Senecam, qui solùm aureolum ejus de Providentia librum legerit, dixerit Epicureum. Tertium genus Maimonidæ vere id est, quod dicitur. Satis enim constat Epicurum, otii magistrum, ut eum Plinius appellat, quemadmodum animorum immortalitatem, ita Dei providentiam sustulisse.

וְעַל עַנִּין וְהַהֲרֵה
תּוֹרָה וְנָאָמָר בָּהּ וְלֹא
תָהִרוּ אֶחָד לִבְבָכֶם וְאֶחָד
עַנִּיכֶם אֲשֶׁר אַתֶּם וּנוּן' כְּלָומָד
לֹא יִמְשׁׂוּ כָל אֶחָד מִכֶּם
אַחֲרֵ דַעַתְּךָ הַקְצָרוֹת וַיְדַמֵּה
שְׁמַחְשַׁבְתָּהוּ מִשְׁנַת הַאֲמָת
כֵּךְ אָמַרְוּ חִכְמִים אֶחָד
לִבְבָכֶם וּמִינּוֹת וְאֶחָד
עַנִּיכֶם וּזְנוֹת וְלֹאֵוּ וְהַאֲפָר
עַל פִּי שְׁחוֹתָה גּוֹרָם לְאַדְם
לְטוֹרְדוֹ מִן הַשְּׁלָמָם הַבָּא אֵין
בּוֹ מַלְקוּת:

V.I. Super hac re monuit Lex,
quando ait, * *Ne exploreatis post cor
vestrum, & post oculos vestros, post
que scortamini.* Ac si diceret, ne
sequatur unusquisque vestri intel-
lectum suum, qui exiguis est; nec
sibi persuadeat, cogitationibus
suis assequi se veritatem posse.
Sic dixerunt sapientes, *post cor ve-
strum, est hæresis: post oculos vestros,
est scortatio.* Atque ob hoc nega-
tivum præceptum, tametsi caussa
est, quod homo careat sorte fu-
turi sæculi, tamen nemo vapulat.

Post cor vestrum, & post oculos vestros.] In proprio dicta scortatione lo-
cum habet illud, *cor & oculi duo sunt proxe-
netæ transgressionis.* Primi capiuntur oculi: inde in corde exoritur ap-
petitus sive concupiscentia: juxta illud poetæ:

— *Oculi sunt in amore duces.*

Ἐκ τοῦ ὄφεως τὸ ἔρπην, ut est in veteri verbo.

28 R. MOSES MAIMONIDES

Sed Maimonides illud de corde restringit ad scortationem spiritualem, quam idololatriam dicimus.

Ob hoc negativum praeceptum tametsi &c.] Sanhedrin cap. xi. 1. legis, omni Israelitæ esse sortem הטולס הכה future sæculi; sed sic ut hi excipiuntur, כהווער הין תחית כתמיס הין תורה אין כתמיסים והפיקורוס, Qui negat invitam revocando esse mortuos, legem esse à cœlo, & Epicureus.

Tamen nemo vapulat.] Negativum aliquod præceptum transgressis, sex poenæ erant; lapidatio, combustio, decollatio, strangulatio, verbera, & pecuniaria mulcta: de quibus fuse in Sanhedrin. Sed peccatorum, quæ sola mente committebantur, poena Deo relinquebatur: quia nullus talium testis esse poterat.

Num.
85. 22.

* ibid.
35. 23.

וז מצות ע"ז כנגד כל המצוות כוון היא שנ' וכי
תשנו ולא תעשו את כל המצוות וכו' ומפני השमועה
למדו שבע"ז הכתוב מරבר הא למדת שכל
המודה בע"ז כופר בכל התורה כולה ובכל הנבאים ובכל מה שניצטו
הנבאים מאדם הראשון ועד סוף העולם שנ' מן היום אשר צוה ה' אלהוּ לדורותיכם. וכל הkopfer בע"ז מורה בכל התורה כולה ובכל הנבאים ובכל מה שניצטו הנבאים מאדם ועד סוף העולם והיא עיקר כל המצוות כוון.

VII. Præceptum de idololatria, quasi tanti ponderis est, ac reliqua omnia mandata. Vnde, quando dicitur, *Et quando errabitis, nec facietis omnia præcepta, &c.* ex traditione didicerunt, loqui Scripturam de idololatria. Ecce hic discis, eum qui idololatriam suscipit, negare totam Legem, omnesque Prophetas, & quicquid mandatum Prophetis est à primo homine usque ad finem mundi. Nam dictum est *, *Ex quo die præcepit illa Iehova, & deinceps per generationes vestras. Quisquis vero abnegat idololatriam, is confitetur totam Legem, omnesque Prophetas, & quicquid præceptum est Prophetis ab Adamo usque ad finem mundi. Atque hoc fundamentum est omnium præceptorum.*

Præceptum de idololatria.] Quia idolorum cultus tollit veri Dei notitiam.

notitiam. Hinc noster in More Nebuchim lib. I. cap. xxvi. מִנְחָה seu *oforem Dei* proprie existimat idololatram vocari. Et Gerundensis ad verba Decalogi, *Visitans delicta patrum in filios*, &c. adversum solos idololatras prolatas putat.

Quisquis vero abnegat idololatriam.] Mira consequentia; quo pacto omnes gentium philosophi, qui statuarum cultum irrideant, & invisibilem intelligent Deum, dicendi sint legem Mosis, & prophetarum oracula suscepisse. Non unus tamen sic sensisse videtur Maimonides: sed ex nostris etiam Iustinus Martyr in Apologia utraque, ac Clemens Alexandrinus lib. v, vi, vii. Vide de ea dissertantem parentem meum Historiae Pelagianæ lib. iii, part. iii, ad Thesin xi.

ח "שֶׁרֶאֵל שָׁעַבְדּוּס
הָרִי הָוָא כְּנוֹי לְכָל דְּבָרָיו
וְאַינוּ כִּישְׁרָאֵל שָׁעַבְרָ
עֲבִירָה שִׁישָׁ בָּה סְקִילָה
וּמְשׁוּמָד לְעַכְ"ס הָרִי הָוָא
כִּמְשׁוּמָד לְכָל הַתּוֹרָה כְּולָה
וְכָן הַאֲפִיקּוֹרָם מִישְׁרָאֵל
אַינוּ כִּישְׁרָאֵל לְדִבָּר מִן
הַדְּבָרִים וְאַין מַקְבְּלִין אָוָתָם
בַּתְּשׁוּבָה לְעוֹלָם שָׁנָה כָּל
בָּאֵיה לֹא יִשּׁוּבָן וְלֹא יִשְׁגַּנוּ
אֲרֻחוֹת חַיִּים וְהַמְּנִינָּס הַס
הַתְּרִיס אַחֲרָ מַחְשָׁבוֹ לְבָס
בְּסָכְלוֹת דְּבָרִים שָׁאמְרוּנו
עַד שֶׁנַּמְצָאוּ עִזְבָּרִי עַל גּוֹפִי
תוֹרָה לְהַכּוּס בְּשָׁאָט בְּנַפְשָׁה
בִּיד רַמָּה וְאֹמְרָי שָׁאַי בּוּה
שָׁעַן. וְאָסֹר לְסִפְרָ עַמְתָּן
וְלְהַשִּׁיבָה עַלְיהָן תְּשׁוּבָה כָּל
שָׁנָה אֶל תְּקִרְבָּה אֶל פְּתַח

VIII. Israelita idololatra est gentilis instar in omnibus quæ agit; neque eo habetur loco, quo Israelita quispiam, qui delictum committit lapidatione puniendum. Nam qui convertitur ad idololatriam, deficit quasi à tota Lege. Sic etiam Israelitæ, qui Epicurei sunt, nequaquam pro Israelitis habentur in ulla actione sua. Neque illi, quamvis poenitentes, unquam recipiuntur: q. d. * Omnes ^{* Propterea} 2. 18. qui venient ab ea, non revertentur, neque obtinebunt vias vita. Epicurei autem sunt, qui consulunt cogitationes animi sui, ignari earum, quas diximus, rerum, donec, transgressi potissima legis capita, offendant per contumaciam, ac superbiam; & dicant, nullum hac in re peccatum esse. Prohibitum autem est cum iis loqui, aut respondere, q. d. ne t̄ propinquæ ostio adiunq. il- ^{Ibid.} 5. 8. lius;

בֵּיתָה וּמְחַשְּׁבָתָ שֶׁל מִזְרָחָן *lius*: & cogitationes eorum idolatriam spectant.

Gentilis instar est.] Multa sunt præcepta, quæ observari nequeunt à gentili, surdo, servo, stulto, aut infante. Israelitæ autem *מִזְרָחָן* seu apostatae acta perinde habentur ac gentilis. Excipiunt tamen casum unum, si Israelita idololatra dederit *קָרִיסְטָן* seu *sponsalia*. Ea enim valida sunt, nec ab illo mulier discedere potest, nisi dato גַּט sive *repudii libello*.

Qui convertitur ad idolatriam, deficit.] *עֲבָרִים* apostatae vocantur ab Autore Halacoth Tesuba cap. 111. 17. כָּל הַקּוֹרֵךְ כָּנָן כְּחוּר לְדוֹתִי, *Transgressor totius legis est, qui deficit ad statuta idolatrie.*

Neque illos, quamvis pœnitentes, unquam recipient.] Durum hoc & contra regulam charitatis, quæ etiam tales ad pœnitentiam invitandos docet. Tamen ne autoritate res careat, torquet huc verba Salomonis, quæ non aliud volunt, quam nunquam eos reddituros, aut alteram habituros vitam, qui in peccatis moriuntur. Sed cum Tractatu Tesuba cap. 111. dicat Maimonides, alterius sæculi felicitate fruituros Epicureos, si peccatorum pœnitentia ducantur; distinguere in istis oportet. Illic enim Epicureos intelligit, qui ignorantia aut stoliditate labuntur. Hic vero tales, qui intelligentes veræ religionis, deliberato, & odio veritatis à Deo recedunt: unde subdit *כְּנַפְתָּח כִּירָחָס* id est, per contemptum & præfracto evertendæ veritatis studio. *Quale* juxta complures est, quod peccatum in Spiritum sanctum appellatur. Tales igitur non admittendos ait. Credo, quia plerumque eos Deus deserit, ut quamvis simulent, nunquam tamen vera pœnitentia ducantur. Fasit huc, quod in Gemara Hagiga cap. 111. traditur, Elisam Aher hominem præclaris à natura dotibus ornatum, audivisse vocem hanc, *Revertimini filii perfidi, præter Elisam Aher, quia novit Creatorem suum, & nihilominus præfracto studio rebellare nititur.*

ת כל המורה בעכ"ם
שהיא אמת אף על פי שלא
עבד' הרוי וזה מהרף ומגדרף
את השם הנכבד והנוראי.
ואחד העבד כו"ם ואחד
המגדר את השם שנ'

I X. *Quicumque confitetur idolorum cultum verum esse, etiam si ipse idolis non serviat, certe ille abnegat & blasphemat nomen honorabile, ac formidabile. Tantundem autem est servire idolis, & abnegare Deum. Nam dictum est,*

והנפש אשר תעשה ביד
רמה מן האורה ומן הנר
את ה' הוא מגדף לפיכך
חולין עובר ע"ז כמו
שחולין את המגדף ושניהם
נסקלין ומפני זה כלת ר' ז
המגדף בהלכות ע"ז
שניהם כופרים בערך הם
ואלו הן ר' ז המגדף.

est, Anima qua commiserit elata manu, ^{Num.}
sive ex indigenis, sive ex peregrinis; ^{15. 30.}
Iehovam blasphemat. Ideoque sus-
pendunt idololatram, quemad-
modum suspendunt blasphemum,
& uterque lapidibus obruitur.
Hanc ob causam etiam inclusi
judicium blasphemi tractatui de
idololatria, quia ambo illi negant
fundamentum Legis. Hæc autem
(quæ sequuntur) sunt judicia blas-
phemi.

Et uterque lapidibus obruitur.] Primo lapidibus obruebantur, tum sus-
pendebantur. Hebræorum nonnulli omnes lapidatos suspendi ajunt;
alii solum idololatram, & blasphemum. כל נסקלין נחלה וחכמים נחלה. Omnes lapidati suspenduntur. Sapientes dicunt
blasphemum tantum & idololatram suspendi.

ס Killah עד שיפרש את השם
המיוחד של ארבע אותיות
שהוא אלף דלת נון יוד
ויברך אותו בשם מן
השמות שאינם נמחקין שנ
ונוקב שם ה. על השם
המיוחד ח'ב ס Killah ועל
שאר הכנויין באורה ויש
מי שמפרש שאינו ח'ב
אלא על שם יוד הא ואו הא
ואני אומר שעל שניהם הוא
נסקל. אורה של מגדף
מן' שנ אליהים לא תקלל.

X. Blasphemus non est reus la-
pidationis, donec protulerit pro-
prium illud nomen quatuor litera-
rum, Aleph, Daleth, Nun, Iod, id-
que exsecratus sit nomine aliquo
ex nominibus illis, quæ non delen-
tur. q. d. * *Qui declarat nomen Do-* ^{* Levit.}
mini. Propter nomen illud pro-
prium reus fit lapidationis, & reli-
qua attributa, in admonitione
continentur. Est qui afferat, non
teneri nisi propter nomen Iod,
He, Vau, He: ego vero ajo pro-
pter utrumque lapidandum. Ad-
monitio autem de blasphemo ubi
existat in verbis, ^{+ Exod.} *Deo non maledicet.* ^{23. 26.}
Blasphem-

R. MOSES MAIMONIDES

³² Blasphemus non est reus.] Ex Sanhedrin cap. viii. 7. Nomen מײַוֹר Maimonides vult esse דָּרְנִי, quia eadem puncta habet, quæ tetragrammaton.

Ex nominibus, quæ non delentur.] Septem Hebræi ponunt, סָמֵךְ, יְהִיָּה, הָרָה, יְהָה, נָבָחוֹת, מָרִי quorum si forte unum loco alieno scripserint, non eradunt, sed cultello excidunt, & recondunt in capsulis, quas eo fine in synagogis habent. Id præceptum ajunt Deut. xii. 3. 4. quia וְנִקְבְּחַת & maledicere, & perforare est: quomodo usurpatur 11 Reg. xii. 10.

Idque exsecratus sit.] כְּרָךְ, quod proprie benedicere, ob εὐφημισμὸν, & veneratione Dei, usurpari volunt pro maledicere: uti 1 sive 111 Reg. xxii. 10. & Iobi 1. 5. idque recepto quoque gentilibus more, quibus religio erat in rebus sacris vocibus scævis uti: unde alter pro infausto. Festus, Alter, inquit, & pro non bono ponitur, ut in auguriis: altera enim appellatur avis, quæ utique prospera non est: sic alter nonnunquam pro adverso dicitur & malo. Sed fortassis verbi כְּרָךְ ejusdem est natura, cujus Graecorum εὐχειδεῖ, & precari Latinorum; quæ in utramque partem usurpantur. Sic רְנָה, quod ἀπλῶς velle, pro bene velle ponitur, ut θέλει, & cupere.

Est qui afferat.] Selomonem Iarchi designat, qui ad Levit. xxiv. 16. ait יְהָה חַיְכָ עַד טִפְרַת הַתְּסִיס וְלֹא תִּמְלַכֵּל בְּכָבוֹד, Non est reus, priusquam exprefserit nomen; non autem qui maledixerit per attributum. סָמֵךְ est tetragrammaton, quod סָמֵךְ vocant. כְּנִיָּה attributum, seu סָמֵךְ est, cujusmodi حُكْم apud Hebraeos, apud Arabes رَحِيم aliaque id genus innumera. denominare, originis Arabicæ esse videtur, quamvis paululum deflexa significatione. Nam كَنْيَة illis est prænomen, ut أَبُو كَنْيَة ubi quatuor

more Arabum nomina habes: كَنْيَة seu prænomen à filio sum-

ptum أَبُو جَعْفَر Abu Giafar: id est, pater Giafar. أَسْمَع seu سَمَّ

nomen ipsum مُحَمَّد Muhammed: لَقْبٌ cognomen, quod

illi à patre sumunt, بْنُ جَرِيرٍ filius Giariri. uti prænomen à fi-

lio,

lio, denique & **نسب** qnod à patria, aut gente **الطبرى** *Tabarita*. Sed hæc obiter. Vide ad huic locum eruditissimas Cochi notas ad Sanhedr. iv. 5.

יא בכל יום ויום
בודקין את העדים בכינוי
'כח יוס' את 'יוס' נגמר הדין
מציאין את כל אדם לחוץ
ושואלין את הנדול שבעדים
ואומרים לו אמרו מה
שמעת בפירוש והוא
אומר והריני עמדים על
רגליהם וקורעין ולא מאחין
והעד השני אומר אף אני
כਮתו שמעתי ואם היו עדים
רבים צריכים כל אחד ואחד
מהן לומר כוה שמעתי :

XI. Singulis diebus examinabant testes mutato nomine. nempe, *Percutiat Iose Iosen*. Perfecto iudicio exire cæteros omnes jubent, & testium maximum interrogant, his verbis, *Dic aperte, quid audiveris*. Illo dicente, in pedes se judices erigebant, & vestem dilacerabant, nunquam resarcendam. Testium alter ajebat, *Idem, quod ille,* & *ego audivi*. Quod si complures forent testes, necessarium erat unumquemque ex illis dicere, *Eadem, quæ ille, audivi*.

Singulis diebus examinabant testes.] Sanhedr. iv. 5. Quo loco eruditiss. Cochus vertit, *Toto die*. Malim ex mente Maimonidæ, *singulis diebus*, *درק explorare, pervestigare*, quid differat à רם & רם, vide nunquam sati laudatas Cochi notas ad eundem locum. Ratio iudicii hujus in Sanhedrin fusius exponitur. Ante examen חתני טדיים *terrorem* testibus incutiebant, ne temere ex rumore, aut auditione aliqua, capit is quemquam accusarent. Quippe ajebant, serio se in omnia inquisituros. Sanhedr. iv. 5. Quæstio ipsa sextuplex erat; de heptaëteride, anno, mense, die mensis, nomine diei, hora. ibid. v. 1.

Mutato nomine, Percutiat Iose Iosen.] Nomen Iose adhibitum videtur, quia tetragrammati instar quadriliterum erat. Vnde videre est, religionem gentis, non nisi timide adeo, & necessario in ipsis iudiciis Dei nomen efferentis. Vtinam indolis hujus partem hausissent ii, qui hodie temere, & in rebus putidissimis, Dei nomen toties usurpant.

In pedes se judices erigebant.] Ad testandum horrorem, & indignationem.

R. M O S E S M A I M O N I D E S

³⁴ nem. Nisi forte venerationis caussa id fiebat, ad auditum nomen di-
vinum. Quomodo legas Genes. XLIX. 33, Iacobum finitis mandatis
& prolata benedictione, pedes intra lectulum collegisse. Volunt enim
Hebræi, eum cum benediceret consedisse, demissis in terram pedibus;
ut saltem sic honorem Deo exhiberet. Quod nescio, cur magnus Mer-
cerus improbet. Similiter Gen. XLVI. 31. Iosepho jurante, Iacob
se incurvavisse dicitur: nimirum ad auditum nominis divini; ut placuit
avo meo Fr. Iunio. Numer. XXII. 22. Bileam vaticinaturus ait,
Surge Balak, eodem fine. Et Iud. III. 20. Eglon adsurrexit Ehudi
de Deo locuturo.

Nunquam resarcendam.] nimirum ita, ut evanescerent vestigia ruptu-
ræ. Nam negligentius filo in unum contrahere labra rupturæ licebat,
eaque vocabatur *ח'רמי אלכסנדרי resarcio Alexandrina*: uti ad Sanhedr.
annotat eruditiss. Cochus. Vide eum.

יב. מגדף שהור בו
בתוך כדי דבר אוינו כלום
אלא כיוון שנידף בעדים
נסקל. מי שנידף את השם
בשם עכ"ס קנאים פוגע'
בו והורגים אותו ואם לא
הרגנוו קנאים ובאלבית דין.
אוינו נסקל עד שיברך בשם
מן השמות המיוחדים:

יג. כל השומע ברכת
השם ח"ב לקרווע ואפילו
על ברכת המכנו ח"ב
לקרווע והוא שישמענה
מישראל. אחד השומע
מפוי ואחר השומע מפי
השומע ח"ב לקרווע ודווקא

XII. Si blasphemus revocat
verba, simulatque locutus est, ni-
hil hoc eum juvat. Sed ubi bla-
phemiam dixerit, præsentibus te-
stibus, lapidibus obruitur. Eum
vero, qui Dominum execratus sit
per nomen alicujus idoli, zelotæ,
qui occurrerint, interficiunt: si
non interfecerint eum zelotæ, &
res ad Senatum venerit, non lapi-
dabatur, priusquam Deum exe-
cratus esset uno ex propriis nominibus.

XIII. Quicunque bla-
phemiam divini nominis audit, lace-
rare vestem tenetur: ut & propter
blasphemiam divini attributi: ni-
mirum is, qui eam audit ex ore
Israelitæ. Perinde autem est, si ve-
quis audiat ex ore blasphemii, an
ex ore alterius, qui audivit. Nam
lacerare

שְׁמַעַו מִפְּנֵי יִשְׂרָאֵל אֲבָל
הַשּׁוֹמֵעַ מִפְּנֵי הָנוּי אֵינוֹ חַיְבָ
לְקַרְועַ. וְלֹא קַרְעַ אֶלְيָקִים
וְשִׁבְנָא לֹא מִפְּנֵי שְׁרֵבְשָׁקָח
יִשְׂרָאֵל מִשׁׁוּםְדָה הַיְהָן :

lacerare tenetur, scilicet qui audit
ex ore Israelitæ : sed qui ex ore
gentilis audit, non adigitur vestem
dilacerare. Neque Eliakim & Se-
bna aliam ob caussam vestes dis-
cerperunt, quam quia Rabsake
Israelita apostata erat.

Rabsake Israelita apostata erat.] Quare ergo Eliakim & Sebna vestes
superunt? cum, ut supra §. 8. hujus capituli dictum est, Israelita
autem, sit instar gentilis in omnibus suis actionibus. An quia Israe-
lita apostata aliquando cognovit Deum? sic videtur. Itaque cum au-
tor hoc loco ait, ei lacerandas esse vestes, qui blasphemias alterius ex
ore Israelitæ audit; intellige, tum Israelitam Deo vero adhærentem,
tum qui ab eo defecit.

יד כל העדים והרדייניס
סומכין את ידיהם אחד
אחד על ראש המנזר
ואומרים לו דמך בראש
שהאה גרמת לך. ואין בכל
הרוגי בית דין מי שסומכים
עליו אלה מנזר בלבד בלבד
שנאמר וסמכו כל השומעים
את ידיהם:

XIV. Testium ac judicum
unusquisque manus suas imponit
capiti blasphemati, his verbis, *San-
guis tuus supra caput tuum: nam tu tibi
ipsi hujus rei caussa es.* Neque inter
omnes, qui à Senatu necabantur,
ullus fuit, cui manus imponeren-
tur, præter blasphemum. q. d. Et
** imponent omnes audientes manus* * *Levit. 24. 14.*

פרק שלישי

כל העבד כו' ס
ברצונו בודון ח'יב ברת ואם
היו שם עדים והתראה נסקל
ואם עבד בשגגה מביא
קרבן חטאת קבושה.

Q Visquis idola sciens volen-
que colit, exscindendus est.
Si testes adfuere, & admonitus est,
lapidatur: si errore coluit, sacrifi-
cium expiationis determinatum
offert.

C A P V T III.

Sacrificium expiationis determinatum.] Notum, in lege, pro diversa hominum sorte, quamvis ob idem peccatum, diversa fuisse sacrificia. Tale Hebræi vocant קרבן טולח ווֹרֵד *sacrificium adscendens, aut descendens*, id est, majus aut minus, pro fortuna cujusque. Eorum qui hæc offerre tenerentur, in Keretot cap. 11. sex genera memorantur; leprosus, puerpera, qui inscius pejerat, qui fallum testimonium imprudens dicit, immundus qui insciâ aut sanctificatum comedit, aut sanctuarium intrat. At ejus, qui idolatria ignarus se polluisset, sacrificium appellabatur חטאת קבוצה *expiatio stabilis aut determinata*. Omnia enim præcepta negativa in actu consistentia, uti exterminii aliquem reum faciunt, si sciens volens transgressus sit; ita, ubi per ignorantiam violentur, ad expiandum habent sacrificium determinatum; quod non remittitur aut augetur ob sortem alicujus: unde קרבן קנוועה *sacrificium fixum* appellatur. Hujusmodi est, quod Levit. v. 18. præscribitur. Præcepta autem, quæ ad talia obligant, sunt numero XLII.

ב *עבדות הרבה קבש*
עובד. כ"ס לכל צלים ואצלם
ולכל צורה וצורה ועבדות
זה אינה עבודת זה וכן
פער שעבודתו שיפער אדם
עצמו לו ומרקולים שעבודתו
שיורק לו אבני או יסקל
מלפניו אבני והרבה
עבדות. כן אלו חקנו
לשאך צלים. לפיכך
הפער עצמו למרקולים או
וירק אבן לפער פטור עד
שيعבוד אותו דרך עבודתו
שנאמר איך יעבדו הנויים
האליה את אלהיהם ועשה
כנ גם אני: ומפני זה העין צרכיו ב"ד לידע דרכי העבודות

* Deut. 12. 30.

II. *Complures colendi modos*
idololatræ præfiniverunt unicui-
que imagini ac simulachro; neque
hujus cultus illius cultui similis est:
uti Peor, quem colebant dete-
gendo semet coram eo: & Mercuri-
us, cuius in eo cultus erat, quod
lapides in eum conjectarent, vel
coram eo spargerent. Varios id
genus cultus cæteris etiam imagi-
nibus assignarunt. Ideoque qui se
coram Mercurio detegeret, lapi-
demve in Peor spargeret, liber
erat, donec proprio ei cultu servi-
*ret. Ita dictum, * Quomodo servie-*
runt gentes istæ diis suis, ut ego sic fa-
ciam. Ac propter ejusmodi, nece-
sarium est Senatui scire modos
colendi,

שָׁאַזְנָסּוֹקְלִין שָׁבֵר כּוֹסּ עַד
שִׁידְעַשׂ שׂוֹ הַיָּא עֲבוֹדָתוֹ
וְאוֹהֶרֶת שֶׁל עֲבוֹדוֹת אַלְוָן
וְכִיוֹצָא בְּהַנְּחָה מָה שְׁכַתּוּ
וְלֹא תַעֲבְּדֵם :

colendi, ne lapidibus obruant idolatriam, antequam iis constituit, hunc esse ejus cultum. Atque de hoc cultus modo, & aliis id genus, admonitio exstat in his verbis, * Non servies eis.

* Exod. 20. 5.

*Vti Peor, quem colebant detegendo se coram eo.] Iarchi ad Num. xxv. 3.
ait, πορτεῖν λόγιον τῷ πεπεσθεῖσὶν οὐκέτι ρεῖν, απειρεῖν περὶ τὸν οὐρανὸν, ἀλλὰ εἰς τὴν γῆν εἰσερεῖν. Εἴ τις μᾶλλον αἰσχύτεον εἶναι τοῦτο τὸν θεόν Βααλὸν ὄρεῖν, ή αὐτὸν θεόν μὴ γιγνώσκειν, εἰ καί τοιούτοις ποιῶσι τὸν πατέρα νήπιον, μηδεμίουν ἐπιτροφήν, μηδὲ ἐπιλογισμὸν ἔχοντα τοῦτο τὸν πατέρα νήπιον. Pulcrè prohibet Hesiodus, ne quis meiat in fluvium, aut fontem: ac magis etiam abstinendum ad aram, aut statuam numinis. Nec enim referre, si canes, aut asini hoc faciant, vel infantes, qui talia neutiquam attendunt, vel ad animum revocant. Et ne quis orientales putet talium incuriosos fuisse, ex Herodoti lib. I. & Strabonis xv, cognoscimus, Persas, quibus Aqua inter numina foret, sedulo cavisse, ne vel cibi retrimenti, vel saccato illo corporis humore, aquas polluerent. Nempe cogitabant, numen non minori honore dignum esse, quam regem: apud quem Persis ne despovere quidem licuit; ut idem Herodotus testis lib. I. & Xenophon in primo Cyropæd. Quare difficillime adducar, ut credam, Orientales coram Baal Phegor solere alvum excernere. Sed facilius est falsam refellere opinionem, quam veram invenire. Tentemus tamen. Quid si dicamus, στυρεῖν εἶναι τὸν θεόν, quod notat proprie distendit os: ut credamus, statuam ejus similem fuisse Phidiacæ Minervæ, quæ ore erat aperto: unde Tzetzes Chil. viii. com. cxciiii:*

Ἐποίησε τὸ ἄγαλμα αἰνεώντος τῷ χείλῃ

Τὸς μυζωτήριος τε αὐτὸς ἔχων αἰεσπασμένος.

*Fecit simulachrum labris apertis,
Ac naribus ejus diductis.*

An potius statuendum, nomen inde traxisse, quod sacerdotes ejus carnem suam aperirent & secarent: ut Baalitæ faciunt 1 Reg. XVIII. 28. An, quod Scaligero placuit, verum numinis ejus nomen fuisse בָּאֵל־רַגְמָן; hoc est, dominus tonitruum; quasi Iovem Tonantem dicas: sed Hebræos, cum præclarum Tonantis nomen indigne idolo tribui videbent, per contemptum nuncupasse, כָּל כֹּוֹר. hoc est, Deum crepitus ventris. Quod Græcis, & Βροντεύς, ἀλλὰ πορδεύς. Sed potius, paterno more, premam in isto etiam veterum vestigia: qui existimant, Baal Peor dici à monte ejus nominis, ubi colebatur. Sane Baal Peor, sive Phegor, numen erat Moabitarum: & mons כָּוֹר erat in Moabitide: ut liquet ex Num. XXII. 28. Vbi rex Moabitarum Balac assumisse dicitur Bileamum in jugum montis Phogor, sive Phegor, ut ibi sacrificaret. Phegor autem esse loci nomen, inter alios etiam Theodoreti sententia est in Psal. cv. sive Heb. cvi. 28. Gentilium vero numinum appellations à loco desumi solere, apertius est, quam ut probato sit opus. Idem Theodoreetus inibi ait, Baal Phegor credi Saturnum. Quomodo idem fuerit ac Moloch Ammonitarum, sive, ut aliis scribitur, Milcom, aut Melcom. B. Hieronymus non uno loco tradit, esse Priapum: quod si, Stoicorum more, de æthere aut Sole interpretaris, unde vis generatrix; probe cum iis conveniat, quæ diximus: si populari more accipere placet; nomen ex eo erit, quia (ut putidum illud numen de se in Ithyphallicis ait epigrammatis) natura ei semper fit aperta, sive partibus illis, quæ haut honestè nominantur, apertis, pulso semper fit pudore. Video & eruditissimum virum per eum intelligere Iovem Stygium. Quod magis probarem, si Peor scriberetur non per ρ, sed per ς. Nam כָּר cadaver. At Pluto mortuis creditus præesse. Sed adfert pro se illud Psal. cv: *Et initiati sunt Baal Phegor, & comederunt sacrificia mortuorum.* Vbi per mortuorum sacrificia idem intelligit victimas, quæ mortuorum gratia Iovi Stygio offerrentur. Verum magis mihi placet sententia Nicolai Lyrrani, sic interpretantis, *Comederunt de carnis animalium idolis immolatorum.* ut זְבַחַת אֲקִים: quod certe mihi valde placet, cum & Arabs eodem modo transtulerit صَبَا مِتْهَة sacrificia mortua: Syrus

לכחו

DE IDOLOLATRIA.

39

הַמְּחִימָה דְּבָקָעָה sacrificea mortuorum, ut Hebræus. Etiam Græci θυσίας νεκρῶν, & Chaldæus habet נִכְסָת חַיִתִים oblationem mortuorum.

§. ead. Et Mercurius, quem colunt spargendo in eum lapides.] Vnde Εγμαῖοι λόφοι, quorum volunt meminisse etiam Salomonem Proverb. xxv. 8. Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii: ubi in Hebræo erat קָרְבָּנוֹת, quod Κρεδόντης Græci, interpretum recentiores fundam, aut balistam transludere. Nicolaus Lyra videtur ignarus fuisse moris antiquitus usurpati, conjiciendi lapides in acervum. Nam verba Salomonis explicans; id est, inquit, ad ædificandum templum in honorem hujus idoli. Nisi forte novo prorsus exemplo, quod non puto, acervum lapidum nuncupat templum Mercurii. Sed nota res est, & jam multis tradita. De causis lapidum ad Mercuriales statuas conjectorum differit Cornutus de natura deorum, & inter rationum cæteras hanc adfert, ὡς ἐπιμημανόμενος τῷ εἰς αὐτὸν λύματι, οὐ μέντοι ἀλλοῦ χάριν προσενεγκεῖν αὐτῷ, velut significans ei, quo honore eum prosequatur, quasi nihil nunc occurrat, quod offerat. Adi illum, si plura vis. Nomen מֶרְקוֹלִים R. Tam 7. cap. Sanhedrin compositum vult ex מֶר & כָּל hoc est, loco infamiae: nam קִילָּם laudem significat: idque verum nomen erat idoli. Sed Sapientes ex מֶר fecerunt בֵּל infamia, contemtu idoli; ut בֵּל זְבוּ בְּאֵל zebub, aliaque id genus, per ludibrium dicta sunt. מֶר autem significat pro, loco; ut nomen hoc denotet, pro laude est infamia. Sed de his nimis multa.

Ibid. Liber erat, donec proprio ei cultu serviret.] Hinc Sanhedrin cap. v. § 1, ubi quæstio in idololatram habetur, inquirendum dicitur מֶר אֲיַצְדָּר quem, & quo cultu, coluerit. Apud Romanos lex ea fuit: Sacerdotes, quæ quoique divo decoræ gratæque sint hostiæ, providento. Itaque alienâ hostiâ (id est, quæ non dicata sit illi Deo, cui offertur) nequaquam placari Deos, ait Plinius lib. viii. cap. 45. Notatum, vitulos ad aras humeris hominis allatos non fere litare; sicut nec claudicante, nec aliena hostia Deos placari, nec trahente se ab aris. Contra morem erat, vitulos adferri; qui ducenti erant.

Ibid. Ac propter ejusmodi necessarium est Senatui, scire modos colendi.] In Gemara 1. cap. Sanhedrin. מֶר אֲמִיכָן בְּסְנֶדְרִי בְּלָא בְּעָלִי קְרָמָה &c. Ait R. Iochanan, non adscisci in Synedrion, nisi præstantes statura, sapientia, forma, senectute, magia, & septuaginta linguarum peritos. Nec obscura est ratio, cur voluerint Hebræi, Senatorem harum artium peritum esse: nempe ne magia nefariæ reos perageret, qui in occulta naturæ altius pene-

R. MOSES MAIMONIDES

⁴⁰ penetrassent : uti sæpius nostro , ac superioribus seculis , usu venisse constat. Thalmudicorum dictum est : *Noli addiscere , ut facias abominanda gentium illarum. Ut facias , discere non licet; ut scias , licet.*

ג ב"ד א בשאר עבדות
חוֹז ממשתחוּה ווּבָח
וּמְקַטֵּר וּמְנַסֵּךְ אֶבֶל הָעָבֵד
בְּאַחֲת מְעֻבּוֹת אֶלְוָן
לְאַחֲרֵיכֶם כָּל מִינֵּיכֶם חַיְבָן
וְאַעֲפָן שָׁאַן דָּרְךָ עֲבֹדָתוֹ
בְּכֶךָ :

ד כ"ד הרוי שניסך
לפְעוּר או שׂוּבָח לְמַרְקוֹלִים
חַיְבָן שנאמר ווּבָח לְאֱלֹהִים
'חוֹם בְּלֹתִי לִי' לְבָדוֹ
וּבִיחָה בְּכָל עֲבֹודָה הִתְהַ
וּלְמָה יִצְאֶת לְוֹמֵד לְךָ מָה
וּבִיחָה מִיּוֹחֶדֶת שְׁעַבְדֵין
בָּה לְשָׁם וְחַיְבָן הָוּבָח לְאַל
אַחֲרֵ סְקִילָה עַלְיהָ בֵּין הִתְהַ
דָּרְךָ עֲבֹדָתוֹ בְּבוּבִיחָה או
אַינְהָ בְּבוּבִיחָה אַפְּכָל
עֲבֹדָה שָׁהֵא מִיּוֹחֶדֶת לְשָׁם
אָס עַבְדָּה בָּה לְאַל אַחֲרֵ בֵּין
שִׁהְיָה דָּרְךָ עֲבֹדָתוֹ בְּכֶךָ
בֵּין שָׁאַנְהָ בְּכֶךָ חַיְבָן עַלְיהָ
לְכֶךָ נָאֵר לֹא תִשְׁתְּחוּה
לְאַל אַחֲרֵ חַיְבָן עַלְיָה
הַשְׁתְּחוּה אַפְּיָלוּ אַיְן דָּרְךָ

* Exod. 22. 19.

* Exod. 34. 14.

III. Hæc quidem in cæteris cultus generibus locum habent ; excepto illo , qui se incurvat , aut sacrificat , aut suffitum vel libamen offert. Nam qui uno ex his cultus modis alicui idolorum servit , reus est , etiam si ejus imaginis cultus alius sit.

IV. Ecce hic & ille , qui Peori libat , & qui Mercurio sacrificat , condemnatur : quia ait Scriptura : *Qui * sacrificat Diis , exscindetur : præterquam Deo soli. Sacrificium , sub generali cultus voce comprehensum , quorsum hic eximitur ?* Ut palam fiat , quemadmodum sacrificium est cultus Deo proprius : atque is lapidandus est , qui numini alteri sacrificariet , sive in sacris ejus adhiberi sacrificium soleat , sive non soleat : sic etiam , si qualem cunque cultum , Dei proprium , alteri Deo exhibeas , sive is Deus ita soleat coli , seu minus ; reum aliquem propterea fieri. Iccirco dictum est : *Ne * te incurves alteri Deo :* quia condemnatio fit ob incurvationem , tametsi cultus ejus hac in re non consistat. Quæque poena est suf-

עֲבוֹדָתְךָ בְּכֶן וְהוּא הַדִּין
לִמְקָטֵר וּמְנַסֵּךְ וּוּרְקָן וּמוּבָחָה
אַחֲרָה הוּא :

Sacrificium sub universali cultus voce comprehendebatur.] Subnixa est hæc expositio octavâ regulâ R. Ismaelis : quæ ait , חַדְרָכֶם כָּלֵל וְכָלָן אַתָּה . Quidquid est in universali , & egreditur ab universali ad docendum ; non exivit , ut de seipso doceat ; sed , ut doceret de universali toto , exivit. Exempli caussa , Levit. xx. 2. dicitur : *Quisquis è filiis Israelis , aut è peregrina gente , qui peregrinatur in Israele , dederit de semine suo Molecho ; omnino morte afficitor : populus ipse terræ obruunto eum lapidibus .* Quæritur , cum variæ sint species idololatriæ , cur S. Scriptura hic potissimum in Molechi cultu , non item in aliis , poenam talium sanciverit ? Occurrunt Rabbini , juxta superiorem regulam ; non ideo speciatim memorari poenam in Molechi cultu , ut ostenderetur solum , quo suppicio ejus cultores afficiendi essent ; sed ut universè sciremus poenam omnium idololatrarum. Idem in exemplo , à Maimonide allato , locum habet. Nam si rogemus , cur S. Scriptura , quæ dixerat , *Ne servias diis gentium* ; quibus verbis omnem cultum complectitur ; postea inquit , *sacrificans idolis exscindetur* : respondendum est ; speciem hanc ex generali eximi , ut de genere doceat , non speciatim de se. Rhetores appellant synecdochen speciei. Quare sententia fuerit Maimonidæ : quemadmodum ille , qui sacrificat Diis , tametsi in illorum Deorum cultu sacrificia usurpari non solerent , nihilominus vita privatur , quia sacrificium est inter honores vero Deo præstari solitos : ita & quisquis cultum supremo Numini exhiberi suetum idolo exhibit , tametsi gentes talem cultum inter cærimonias illius idoli non usurpent , nihilominus morte afficendum esse. Nempe eodem loco , quo sacrificium est , sunt etiam suffitus & λοιση̄ , seu πτωδη̄ , libatio ; quorum utrumque in templo Dei usurpatur. Quia autem iis non includitur adoratio , volunt subjecisse S. Scripturas , *Ne te incurves Deo alteri.* Incurvare est προκυπτεῖν , atque illud quod regibus suis Oriens exhibebat. Ita in Euang. Matth. 11. 2. Magi venerunt , ut Christum adorarent , id est , Εἰ προκυπτεῖν εἶναι. Vnde quatuor generales in idololatria cultus sunt , quos ostendimus. Hac de caussa vult quoque R. Moses , sanguinis dispersionem locum libaminis è vino obtinere : proque sententia hac quoque adfert , quod

⁴² Psalmographus eam eodem vocabulo nominat :
כל לְקַץ נִסְכִּים וְדָס :
Non libabo oblationes eorum è sanguine.

ה ספת לה צואת
או שניסך לה עביטת של
מי רגילים ח'יב. שחט לה
חגב פטור אלא אם כן
היתה עבודתה בכרך יוכן אם
שחט לה בהמה מחוסרת
אבר פטור אלא אם כן
היתה דרך עבודתה בכרך.
כו"ס שעובדין אותה במקל
שבר מקל בפניה ח'יב
ונאסרת. ורק מקל בפניה
ח'יב ואינה נשורה. שאין
וריקת המקל בעין ו/orיקת
הדם שהרי המקל כמות
שהוא והדם מתפור :

V. Qui adsperserit excrementis, aut libarit vase urinæ, reus est. Qui mactarit ei locustam, liber est; nisi in eo constat cultus ejus. Sic quoque, si mactarit ei jumentum membro quopiam mutilatum, liber est; nisi talis eum colendi ritus obtineat. Idolorum cultus, in quo baculus adhibetur, si is confractus est in conspectu idoli, (homo) reus, (baculus) interdictus est. Si coram eo projicerit, (vir) reus; sed non interdictus (baculus.) Quia projicere virgam non perinde est ac sanguinem spargere. Etenim virga permanet, qualis antea: sanguis autem dispergitur.

Qui adsperserit eum incrementis, aut libarit vase urinæ.] Ratio est, quia id simile est libationi, & aspersioni sanguinis, quæ in divino cultu adhiberi solebant. Contra locustam, aut mutilum animal offerens, pœnæ non subjicitur, quia nihil tale in cultu Dei erat. Hac in re R. Moses veteres Rabinos sequitur, contra opinionem R. Iehudæ, quarto cap. Aboda Zara.

Idolorum cultus, in quo adhiberi solet baculus.] Ex ante dictis constat, duo fuisse, quæ hominem facerent reum: similitudinem cultus veri Dei, & consuetudinem colendi quodque idolum. Prius nititur his verbis S. Scripturæ, *Sacrificans idolis exscindetur.* alterum illis: *Ne queras Deos eorum, dicendo, Quomodo serviant gentes illæ Diis suis?* & faciam sic quoque ego. *Ne facias sic,* &c. Vnde autor noster ait, si cuius idoli cultus consistat in agitatione & motitatione virgæ; eum, qui virgam frangit, reum esse; quatenus hoc simile illi est, quod in vero Dei cultu, animallium ossa confringere solebant. Itaque talis condemnabatur, tametsi proprie

proprie cultus idoli non in fractione, sed sola agitatione virgæ consisteret. Virga autem ipsa prohibita erat, id est, nullus eam in usum suum convertere poterat: quia idolo munus offerebatur his verbis disertim prohibitum: *Qui victimarum adipe vescebantur, & qui bibebant vi-num libaminis.* Sed si virgam projecisset, inque ea projectione constiterit cultus idoli; id qui fecisset, reum peragi oportuit; virga autem non erat prohibita. Nec obscura est ratio, quando multum hæc discrepant; sanguine quidem diffluente, salva autem integraque virga.

וְהַמִּקְבֵּל עַלְיוֹ אֶחָד
מְכֻלָּמִינִי עֲכֹזֶם בְּאֱלֹהִים
חַיְבָ סְקִילָה וְאַפִּילָה הַגְּבִיהָ
לְבִנָה וְאָמֵר לָהּ אֱלֹהִים אֶתְהָ
וְכֵן כָּל כִּיּוֹצָא בְּדִיבָר וְהָ
חַיְבָ וְאַפִּילָה חֹור בּוֹ בְּתַחַקְ
כְּדֵי דִּיבָר וְאָמֵר אֵין זֶה
אֱלֹהִים חֹיְרָתוֹ כְּלָום אֱלֹהִים
נְסָקָל:

V I. Quodcumque tandem idolum quis pro Deo assumat; lapidationis est reus. Imo si vel latrem attollens, ei dicat, *Deus meus tu es*: cum quicquid in hanc sententiam dicatur, crimen sit. Quantumvis autem inter loquendum poenitudine ductus dicat, *Nequaquam hic Deus meus*: nihil juvat, verum lapidibus obruitur.

Quodcumque tandem idolum quis.] In Aboda Zara cap. 111. dicitur, simulatque aliquis diversi quid à vero Numine dixerit Deum suum esse; capit is reum fieri: cuius rei caussam adduximus antea, cum de blasphemio ageremus. Etiam in Sanhedrin cap. VII. §. 6. legimus: ἀρχὴ στοῦντες καὶ ἄλλοι πάκτωρ καὶ ἄλλοι στοῦντες καὶ ἄλλοι πάκτωρ καὶ ἄλλοι πάκτωρ τὸ οὐλόν τοῦ θυσίας: id est: *Eodem redit, idolo quis cultum suum exhibuerit, sacrificaverit, suffitum, aut libamen obtulerit, adoraverit; an Deum illud sibi fecerit, dicendo, Deus mens tu es.* Videmus clare, ut absit reliquus cultus, sola hæc verba damnare. R. Mosis tamen diversa est opinio, quia disertim ait, *Si vel sublato latere dicat ei, Deus meus tu.* Quod arguit, præter verba minimum sublationem lateris requirere. Vnde & superius cap. 11. §. 3. ait: *Et quicunque respicit ea (idola) ita ut aliquid opus faciat, certe ille percutietur.*

Si vel laterem attollens.] Haud dubie autor respicit ad morem gentilium, qui etiam informes lapides colebant. Testis Pausanias in Achaicis. Τὰ ἐπιπλαινόντα Κατοικησαντες Ελληνοι, οι πους οι οικισμοις εἰχον

ἀργὸς λαθος. Et antiquioribus temporibus, apud omnes Græcos, rudes lapides di-
vinos honores, pro simulachris habebant. Fortasse origo à veneratione, quæ
præstita lapidi inuncto à Iacobo in Bethel: unde & lapis Saturno pro
Iove objectus dictus *βαῖτυλος*: qui, ut Priscianus testis, aliter voca-
tus *abaddir*. Vide de hoc lapide Damascum in vita Isidori apud Pho-
tium, Priscianum non uno loco, & Iosephum Scaligerum animadver-
sionibus Eusebianis, num. c. c. c. l.

וְהַעֲבֹר כָּס כְּדֶרֶכָה
וְאַפִּילו עֲשָׂה דָּרָך בְּזֵין חַיְבָן
כִּיצְדָּק הַפּוּעָר עַצְמָו לְפָעוּר
כְּדִי לְבוּתוֹ אָו וּרְקָ אַבְנָן
לְמַרְקוּלִים כְּדִי לְבוּתוֹ
הַוְאִיל וְעַבְודָתוֹ בְּכָךְ חַיְבָן
וּמְבָיא קָרְבָּן עַל שְׁגַגְתָּו:

VII. Qui colit idola ritu suo,
etsi per ludibrium faciat, reus est.
exempli gratia, qui retegit se ip-
sum coram Peor ad illudendum
ei, aut lapide Mercurium petit in
contemtum ejus, quia cultus ejus
in hoc consistit, reus est, & sacri-
ficium adducet expiendo errori
suo.

Etsi per ludibrium faciat.] Nimirum, quia animum non omnes homi-
nes norunt; & possit aliquis suspicari, illud à religione profectum.
Vnde Gemara Sanhedrin cap. vii. legere est, R. Menasseh iter facien-
tem, ostendo à comitibus idolo, per contemtum lapidibus illud impe-
tiisse. Postquam vero animadverterunt, Mercurii simulachrum esse;
eum dixisse, non videri sibi nefas hoc esse, quando per ludibrium fie-
ret. Re ad judices delata, pronunciasse eos, id illicitum esse, quia ille
proprius Mercurii cultus foret. Hinc infra §. 10. auctor noster ait,
nefas esse, ante idolum sese incurvare, ut spinam pedi infixam eximas,
aut argentum humi dispersum tollas. Eodem refero, quod in Aboda
Zara cap. i. §. 4. dicitur, Si urbem quampiam idololatræ habitent,
non licere incedere via, quæ ad solam illam ducit: contra permitti, si
idem quoque iter ad alia ducat loca. Scilicet, ne religionem alii in-
terpretentur. Etenim scandala vitanda sunt propter *חַלּוֹן הַסְּדָרָה* profana-
tionem nominis divini. Vnde in Pirke Abot cap. iv. R. Iochanan, ait,
לְחַדְרַת טָנוּבָה וּמִחַדְרַת חַזִידָה *Eodem redit per errorem quis, an consulto profa-*
net nomen Dei. Quod non ita capiendum, quasi nihil referat, utrum er-
rore pecces, an malitia: sed quia apud homines, animi tui ignaros,
scandalum nihil fit minus.

Sacrificium adducet.] quia mortis supplicium effugit, qui cultui vo-
luntatem

luntatem & religionem non adjicit : unde illud in SS. *per*
superbiam, & manu elata.

ח העובר כ"ס מאהבה
כגון שחشك בצורה זו מפני
מלאתה שהיתה נאה
ביותר או שעבדה מיראותו
לה שמא תריע לו כמו שהן
מדמיין שעבידיה שהיא
מטיבה ומרעה אם קבלה
עליו באלה ח"ב סקללה.
ואם שעבודה דרך עבודתך
ובאחת מארבע עבודות
מאהבה או מיראה פטור :

VIII. Qui idolis servit amore,
uti is, qui imaginem quampiam
amat propter artificium, & formæ
decus: item qui metu hæc colit,
ne sibi malefaciat; quo pacto ejus
cultores arbitrantur, male vel be-
ne sibi facere: Si illud pro Numi-
ne suo recepit, lapidibus est ob-
ruendus. Quod si ritibus, quis so-
litum, unove ex quatuor cultus
modis, servierit amore aut metu;
liber fuerit.

Quod si ritibus, queis solitum, &c.] Statuunt Thalmudici, tria esse, quo-
rum nihil facturus sit Iudeus, Dei vere metuens, utcunque vel mors
intentetur: ea esse idololatriam, adulterium, homicidium. Attamen
R. Moses à poena immunem pronunciat, qui eorum quid fecerit vi
adactus. Cum vero additur, *amore aut metu*, non hoc capiendum de
amore vel metu idoli. Siquidem, ut Maimonidem cap. 1. §. 3. audii-
mus dicentem, idololatræ ideo falsos colebant Deos, quod persuasum
haberent, potestatem iis esse bene faciendi, aut male. Vnde & qui
Deum quam religiosissime coli volunt, ajunt, *עבוד מילאך בעבור Cole*
ex amore, & cole ex timore. Hic vero & metum intelligit ab eo, qui vel
præmium offerat, vel poenam interminetur. In Gemara vii cap. San-
hedrin, §. 6. Abbai, & Rabba, super eo contentionis ferram ducunt,
utrum reus poenæ, an ab ea immunis sit, qui coluerit idolum amore,
vel metu alicujus. Abbai reum agit, quia invitus quidem coluerit,
interea tamen cultum præstiterit. Rabba autem talem absolvit, quia
non coluerit ex animo: quippe qui idolum non habeat pro Deo, ut
non tam verus fit cultus, quam simulatio cultus. Posteriori sententiæ
subscribit etiam Maimonides. Absolvere ego non ausim; cum, ut Iu-
risconsulti ajunt, coacta etiam voluntas sit voluntas. Potuit sane abs-
tinere, utut quis poenam minitaretur. Levius tamen puniendum, non
diffitear.

ט המגף עכ"ס
והמנשך לה והמכבד
והמרבע לפניה והמרחץ
לה והמלביש והמנעל וכל
כיצא בדברי כבוד האלו.
*Exod. 20. 5.

I X. *Qui amplectitur idolum,* aut osculatur; qui verrit, vel aquam effundit coram eo; qui illud lavat, vestit, calceat, aut simili afficit honore; transgreditur interdictum: quia dictum est, *Nec * ser-
vies eis.* Illa autem sub universali cultus (nomine) comprehenduntur. Nec tamen vapulabit ob horum quodquam, quandoquidem non clare (sunt expressa.) At si in ullo horum cultus consistat, atque ille fecerit honori ejus, reus erit.

Qui amplectitur idola, &c.] Sanhedrin cap. VII. §. 6. eadem cultus genera recensentur סך ומלחינים: *Qui complectitur, osculatur, verrit, effundit aquam, lavat, ungit, vestit, calceat, transgreditur interdictum.* Quo loco מרכן doctissimus Cochus, cui multum linguæ hujus studiosi debent, transtulit, collocat: id est, ponit in loco iis destinato: respiciens credo ad Hebreum רבן, quod *cubare* est, aut usum Rabbinicum ejus vocabuli; quo doctores legem prælegentes, vocantur מרבינו קורס. Sed illa interpre-
ratio huic loco minus videtur apta. Itaque malui transferre, *aquam effundit*; præente Davide de Pomis, qui גז interpretatur, סוף מס בבית effudit aquam per domum. Et evincunt hoc Maimonidæ verba. Nam cum in cæteris dicat, *Qui osculatur, amplectitur, lavat, idolum:* hic ait, מרכן נסיכה, effundens aquam coram eo. Nimirum voluit his verbis etiam illum, qui in templo, aut delubro, in quo idolum est, aquam ad purgandum locum profundit, reum esse. De iis autem cultus generibus, quæ hic auctor recenset, ita censendum est. Amplexus supplicum erat: qui solebant, genibus advoluti, clementiam Regum exposcere: quem & cultum statuis eorum præstabant. Osculari antiquissima veneratio: unde Iob. xxxxi. 26. *Si adspexi Solem, &c. & applicata est manus mea ori meo.* Et Servius ad 1. Aeneid. *Osculum, inquit, religionis est; suavium voluptatis.* Verrens, & aquam effundens, videtur cultum tribuere idolis, quatenus munditiem præstant deorum imaginibus, locisque

locisque sacris. Ac par ratio ejus, quod de lavandis idolis additur. Vnxere etiam simulachra, quia conveniens Diis, ut bonum spirent odorem. Sane apud Maronem Venus in primo magni operis,

— Avertens rosea cervice refusit,
Ambrosiaeque coma divinum vertice odorem
Spiravere.

Nihil attamen de simulachrorum inunctione apud gentium scriptores animo obversatur. Sed potuit in Oriente is mos vigere. Et, credo, originem traxerit ab lapide, quem Iacob inunxit in בֵּית בְּנֵי, Bethel; unde, ut dictum, Βαίτυλοι gentilium. De calceatione nihil item nunc occurrit.

Non tamen percutitur ob horum unum, quia non clare expressa sunt.] Nolunt Hebrei, vapulare hominem, priusquam transgressus sit præceptum Dei, quo disertim talis cultus vetitus esset. Vnde Thalmudici ajunt, לֹא מִכְלָלֹת הַן נִקְהָ טָלוּ, Interdictum siquod sub universali contineatur, non vapulat quis ideo. Dixerat Deus, Ne iis servias. Iis verbis generatim quoque, at non speciatim, vetabatur amplexus, & osculatio idoli. Tamen si quis amplexatus, aut osculatus fuisset; nequaquam pœnæ erat obnoxius, quia neutrum horum disertim expressum esset.

ישב לו קוץ ברגלו
לפני עכ"זום לא ישוח ויטלנו
מןראה כמשתחווה
לה: נחפכו לו מעת בפניה
לא ישוח ויטלן מפני
שנראה כמשתחווה לה אלא
ישב ואחר כך יטול.
פרצופות המכלהות מיט
בפני עכ"זום לא יניח פיו
על פיהם ושחרה מפני
שנראה כמנשך לעבודה וורה.

X. Infixa est spina pedi ullius ante idolum? Ne se incurvet ad eam evellendam: quia videretur alioqui se idolo incurvare. Dispersi sunt nummi ante idolum? Ne se incurvet ad eos tollendos: quippe idolo videretur se incurvare: eoque confideat, & sic tollat. Effigies est aquam effundens coram idolo? ne suum os imponat ori ejus, ac bibat: quia hoc pacto quasi osculum ei figere videbitur.

העשה עכו"ם
XI. Qui sibi ipsi imaginem facit, etiamsi eam manu sua non effecerit,

בְּ יָדָו וְלֹא עֲבֹרָה לְוקָחַ
שֶׁנֶּאֱמַר לֹא תַעֲשֵׂה لְךָ פִּסְלָ
וְכָל תְּמוּנָה . וְכָن הַעֲשָׂרָה

* Exod. 20. 4.

עַכְוּם . בְּ יָדָו לְאֶחָרִים אֲפִילּוּ
עֲשָׂה לְגֻיִּוֹת לְוקָה שֶׁנֶּאֱמַר
וְאֶלְهָי מִסְכָּה לֹא תַעֲשֵׂו
לְכָסֶל פִּיכְךָ הַעֲשָׂה עַכְוּם
בְּ יָדָו לְעַצְמוֹ לְוקָה שְׁתִים :

* Levit. 19. 4.

fecerit, neque eam coluerit, vapulat, quoniam dictum est, *Non * facies tibi sculptile, neque ullam imaginem.* Ideoque is, qui sua manu simulachrum alii, quamvis gentili, fabricaret, nihilo secius vapulabat. Quippe dicitur, *Et * Deos fusiles non facietis vobis.* Itaque, qui idolum ipse sua elaborasset manu, bis vapulabat.

Qui imaginem sibi facit.] hic fortasse melius transferatur, fieri curat : quia ipse autor distinguit, addito, *etiam si ipse sua manu non fabricaverit.* Sententia R. Mosis est : Eum, qui imaginem ab alio fabricari jussérat, caussam esse illius imaginis ; cum tamen cuique nitendum sit, ut statuæ & idola tollantur. *Quamvis autem interdictum transgrediatur,* in quo nullum opus sit, eoque plectendus non videatur : Maimonides tamen eximit hunc casum, & talem habet eodem loco, ac si idolum ipse formavisset. Ita & infra cap. v. §. 1. inquit, *מִסְכָּה סְדֻקָּתְךָ וְסְדֻקָּתְךָ*, puniri, si solam voluntatem colendi idola habuerint; quamvis non servierint idolis re ipsa. Et eodem cap. §. 12. ait, puniendum illum, qui votum facit, aut juramentum in nomine idoli. Ni si fortassis ideo illud ait, quia saepe vota Domino concipientes, opus aliquod facere solent; uti qui salem adhibebant, aut sanguinem, & alia id genus, notiora, quam ut hic monere opera sit.

Bis vapulabat.] Dupli poena afficiebatur, quia tum faciendo imaginem, tum eam sibi faciendo, bifariam transgredederetur interdictum. Nempe & illud, *Non facies tibi sculptile :* itemque alterum hoc, *Et Deos fusiles non facietis vobis.* Vbi non unum, sed plures, ac proinde alios etiam, signari, satis est apertum. Solidene hoc dicatur, an minus, non disputo. Mentem quidem eam esse Maimonidæ, minime dubitandum.

י' ב' אָסֹור לְעַשׂוֹת צְרוֹת
לְנוּיו וְאַעֲפָ שָׁאַנְןָ עַכְוּם שְׁנָ'
לֹא תַעֲשֵׂו נָתִי כְּלָוָמָר צְרוֹת
שֶׁל כְּסֶף וּוְהַבָּשָׂר אַלְאָ

* Exod. 20. 22.

XII. Vetitum etiam facere imagines, ornatus gratia; tametsi non fiant ad cultum. Quippe dictum est, *Non * facietis mecum :* ac si di-

לֹנוּ כִּדְיַ שָׁלָא יְשֻׁעַ בְּהֵן
הַטוּעִים וַיַּדְמֹו שָׁהֵם לַעֲבוֹודָה
כּוֹם וְאַזְנַ אַסּוֹר לְצֹור לֹנוּ
אֶלָּא צְרוֹת הָאָדָם בְּלִבְדֵּךְ
לְפִיכְךָ אַזְנַ מְצִירֵין לֹא בְעֵץ
וְלֹא בְסִיד וְלֹא בְאַבְנֵן צְרוֹת
הָאָדָם וְהֹוא שְׂתַחְתֵּיהֶה הַצְּרוֹה
בּוֹלְטָת כְּנוּן הַצְּיוֹר וְהַכְּיוֹר
שְׁבָטְרְקְלִין וְכִיּוֹץ בְּהֵן וְאַסְטָ
אַזְדְּ לְוֹקָהּ אַבְלָ אַסְמָהִתָּהּ
הַצְּרוֹה מְשׁוֹקָעָת אוֹ צְרוֹהּ
שֶׁל סְמָנִים כְּנוּן הַצְּרוֹות
שְׁעַל גְּבֵי הַלּוּחוֹת וְהַטְּבָלוֹת
אוֹ צְרוֹת שְׁרוֹקְמִין בָּאַרְיֵג
הַרְיֵ אַלְוּ מִוְתְּרוֹת :

si dices, (non facietis) imagines argenteas vel aureas, vel tantum ornatus cauffa: ne per eas seducantur errantes, atque existiment, idololatriæ cauffa (factas.) Non est prohibitum formare propter ornatum, præterquam hominis figuram. Atque eam ob cauffam non est formanda è ligno, in pariete, aut è lapide, figura hominis. Sed hoc capiendum de imagine quæ protuberat: quales sunt figuræ ac sculpturæ in palatiis, & his similes. Talem igitur si quis fecerit, vapulat. Sin figura sit depressa, vel coloribus expressa; uti illæ, quæ in tabulis mēnsive fiunt, aut quæ intextæ operi textorio, pro licitis habentur.

Non facietis mecum.] Duplicem difficultatem statuunt Hebræi in verbis illis: *Non facietis mecum Deos ex auro aut argento, non facietis vobis.* Primum in eo, quod si dicas, *Deos ex auro & argento non facietis vobis,* superflua videantur verba, *Non facietis mecum.* Dein quod posteriora hæc verba non præstent sententiam perfectam: nec etiam superioribus possint connecti, quia pronomen אַתָּה sub se habeat accentum Atnah, qui signum sit finitæ periodi. Verba autem sunt Aben-Ezræ, כל פִּירּוֹם טַהֲרָה, טַל דַּרְךָ הַטְּמִימָה לְלַקְּחָה לוֹ וְלֹא קַפְּחָה לְלַיְּוֹן, *Omnem expositionem, quæ non congrua est accentibus, ne admittas, vel audias.* Igitur cum pausa sit post verba, *Ne facias mecum;* & tamen sententia nequaquam absolvatur: malunt Thalmudici hæc verba, *Ne facias mecum;* exponere hoc pacto; *Ne facias similitudinem ejus,* quod mecum est in cœlo: uti Solis, Lunæ, stellarum, angelorum. Et quia mutatis punctis etiam legere licet, וְאַתָּה, *eo, Ne facias me,* interpretantur, *Ne facias formam,* in qua me prophetis ostendi: nimirum formam hominis: unde apud Lechezquel cap. I. 26. *Et super similitudinem solii illius, quasi species hominis.* quasi di-

R. MOSES MAIMONIDES

¹⁰ cas , illam formam , quam indicavi in Lege , ad similitudinem meam factam . Nam ait Deus : *Faciamus hominem ad similitudinem nostram* . Atque ejusmodi est Hebræorum mens . At mirum profecto , eos tam anxie rationem accentus habere , cum certum sit , & accentus , & vocalia puncta , sero adeo inventa fuisse , ut necdum ipsius Hieronymi ætate extiterint . Mirum etiam , non advertere eos , ipsos doctores Thalmudicos arguere , olim ea non fuisse , quod eidem voci nunc hæc , nunc illa puncta adscribant , & pro iisdem diversimode interpretentur . Nam si complures ut Iudei volunt , puncta cum ipsa Lege simul extiterunt , unde doctoribus eorum tanta fiducia , ut mutare ea audeant , & ad investigandos S. Scripturæ sensus alia atque alia adscribere ? Quare non dubito verba sacra exponere , *Non facietis mecum* (id est , præter me) *Deos ex auro , vel argento , non facietis vobis* . Quod si quæras , cur illud , facietis , repetatur ; dicam , voluisse Deum inculcare maxime , ut si bi ab eo delicto caverent , ad quod maxime proni erant . Quippe ignorat nemo , repetitione addi saepe efficaciam sermoni : ut , apud Ciceronem : *Vidi enim , vidi , penitusque perspexi* . Et apud Senec. Med.

Adeste , adeste , sceleris ultrices Deæ

Illa vero ridicula explicatio est , cum יְהָוָה scribentes , per divinam formam intelligi humanam volunt .

Sed hoc capiendum de imagine , que protuberat .] Ideo solam gibbosam Hebræi vetitam dicunt , quia hac forma & Deus in visionibus , & angeli se repræsentabant . Ratio erat מִלְאָכָתְּךָ כִּי סְטוּבֵיכָה , ne per eas errarent radiiores . Vnde apparet , non illos statuas tales simpliciter pro idolis habuisse ; sed tum demum , quando colerentur . Eam ob caussam infra cap . viii . § . 4 , ait , statuam , quam Israelita facit , ad usum licitam esse (id est , posse alios in usus converti , fundendo ac transformando) . quamdiu cultus ei exhibitus non est . Nimirum , quia non sit idolum , nisi cultus accesserit . In quam sententiam etiam legimus apud Carolum magnum contra Synod . in part . Græc . pro adorandis imaginibus gest . lib . iv , cap . xviii . Non enim nos imagines in basilicis positas idola nuncupamus ; sed ne idola nuncupentur , adorare & colere eas recusamus .

יג טבעת שיש עליה
חותם שה' צורה אדם אם
היתה הצורה בולטת אסור
להניחה ומותר לחותם בה
ואם היה הצורה שוקעת

XIII . Annulum , cuius signum est hominis figura , si ea fuerit gibbosa , induere interdicitur : obsignare tamen eo licet . Sin figura sit depressa , licebit induere , obsignare eo

**מוֹתֵר לְהַנִּיחָה וְאָסָר
לְחַתּוֹס בָּהּ מִפְנֵי שְׁהַנְּחָתָם
חָשָׁה בּוּ הַצּוֹרָה בּוּלְטָה.
וְכֵן אָסָר לְצֹרֶדֶם חֲמָרָה
וְלְבָנָה כּוֹכְבִּים וּמְנוּלָות
וּמְלָאָכִי שֶׁנָּאָמָר לֹא תַעֲשֵׂנִי
אַתְּ לֹא תַעֲשֵׂנִי כְּדָמָם שְׁמָשִׁי
הַמְשֻׁמְשִׁים לְפָנֵי בְּמָרוּם
וְאַפְּיָלוּ עַל הַלּוֹחַ:**

re eo non item: quippe, sigillo impresso, figura fiet gibbosa. Itidem prohibitum est formare imaginem solis, lunæ, stellarum fixarum, vel errantium, adhæc angelorum: quandoquidem dictum est, *Non * facietis mecum: hoc est, non facietis similitudinem ministrorum co-* * *Exod. 20. 22.* *ram me famulantium in cælis, ne in tabula quidem.*

Non facietis mecum, &c.] Quæ ad intelligentiam hujus paragraphi pertinent, abunde cognoscere est ex iis, quæ ad superiorem diximus.

**יד צורות בהמות
ושאר נפש חיה חוץ מן
האדם וצורות האילנות
ודשאים וכיוצא בהן מותר
לצור אותם ואפילו היהת
הצורה בולטה:**

XIV. Imagines quadrupedum ac reliquorum animantium, excepto homine, ad hæc figuræ arborum, herbarum, rerumque similiūm, formare licet, etiam figuræ gibba.

Etiam figura gibba.] Nempe quia non includuntur voce MECVM: ut quæ non sint inter illa, quæ Deo in cælis ministrant. Adde quod nec magnopere ab iis periculum est; quandoquidem vix invenias usque adeo stolidos, ut plantam, vel mutum animal, habeant pro Deo suo. Græci quidem & Romani talia Diis sacrarunt; sed non habuere pro Diis. Qua de re vide sis parentem Oratoriarum institutionum lib. I, cap. v. sect. XXXII, & XXXVII. Ægyptiorum tamen tanta erat superstitione, ut divinis afficerent honoribus certas quadrupedes, aves, pisces, plantas. Qua de re Strabo lib. ult. & veterum alii: aliqua etiam parentis Orat. Inst. lib. IV. cap. IX. sect. III. Nec tamen existimo, sacerdotes, vel intelligentiores, honorem iis tantum præstissem, ut Diis; sed potius, ut symbolis divinis.

פרק רביעי

מְרִיחֵי עַיר מִשְׁרָאֵל
הַרְיָאֹלוֹ נִסְקָלֵין
אַעֲפָ שֶׁלָּא עַבְדוּ כּוֹסֶם
אֶלָּא הַרְיָהוּ אֶת יֹשְׁבֵי עָרוֹם
שֶׁד שְׁעַבְדוּ אֶתְהֶרְזֶה . וְאֶנְשֶׁי
הַעִיר הַמּוֹדְחֵן נְהֻרְגִּין בְּסִיף
וְהַשְׁעַבְדוּ כּוֹסֶם אֲוֹ שְׁקָבָלוּה
עַלְيָהֶם בְּאֱלֹהָהָן . וְאֶתְהֶרְזֶה
לְמִדְחָה מַנֵּן שְׁנָאָמָר וְלֹא
יִשְׁמַע עַל פִּיךְ :

Exod. 22. 13.

Seductores alicujus civitatis Israelicæ plane lapidibus obruuntur , utcunque non servierint idolis , dummodo impulerint incolas civitatis suæ ad colenda ea. Quotquot vero in urbe ea seducti fuerint , gladio necantur: atque id , si idola coluerint , vel pro Deo reperient. Vbi autem monitum exstat de seductore ? Quando dicitur * , Neque audiatur (idolatria) in ore tuo .

Quotquot in ea urbe seducti fuerint .] Sed quid si universa civitas defecisset ? Universi incolæ occidebantur : solum illud de rigore Legis remitterebatur , quod eam non facerent , *כל מולס tumulum perpetuum* : ut præcipitur Deuter. xiiii , 16 : sed incolis veteribus novi succederent cives .

Deut. 13. 13.

ב אֵין הַעִיר נָעֲשֵׂת עִיר
הַנְּדַחַת עַד שְׁיִהְיוּ מְרִיחֵיהָ
מִתוֹכָהּ וּמִאוֹתוֹ הַשְׁבָט
שְׁנָאָמָר מִקְרָבֶךָ וַיְדִיחֵוּ אֶת
יֹשְׁבֵי עִירָם וְעַד שְׁיִהְיוּ
מְרִיחֵהָ שְׁנִים אוֹ תְּרִיעָה
שְׁנִים שְׁנָאָ 'יְצָאוּ אֲנָשִׁי 'בְּנֵי
בְּלִיעָל וַיְדִיחֵוּ אֶת יֹשְׁבֵי
עִיר וְעַד שְׁיִדְחֵוּ רֹובָה וַיְהִי
הַמּוֹדְחֵן מִמְּמָה וְעַד רֹובָו
שֶׁל שְׁבָט אָבָל אָם לֹא
הַוְרָה רֹובָו שֶׁל שְׁבָט דְּנִין

II. Non habetur autem urbs pro seducta , nisi seductores inde , & ex tribu eadem orti fuerint . Quandoquidem dictum est * : [Egressi homines , filii iniquitatis ,] è medio tui , & impulerunt habitatores civitatis suæ . Idque cum seductores duo , pluresve , fuerint . Quippe dicitur , Egressi sunt homines nequam , & impulerunt inhabitantes civitatem suam . Nempe donec seduxerint majorem ejus partem ; seductique , centenos egressi , cæteros illius tribus numero exsuperent . Quod si non

אוֹתֶם בֵּיתָה שְׁנִי יֹשְׁבֵי
 הַעֲרָה לֹא כְּפָר קָטָן וְלֹא כְּרָךְ
 גָּדוֹל וְכָל פָּחוֹת מִמְּאַה כְּפָר
 וּרְבוֹת שֵׁל שְׁבָט כְּרָךְ גָּדוֹל
 וּבְנֵי אָס הַדִּיחָה נְשִׁים אֵוֹ
 קָטָנִים אֵוֹ שַׁהְדִיחָה יְחִידָה
 אֵוֹ שַׁהְדִיחָה מַעֲשָׂתָה אֵוֹ
 שַׁהְדִיחָה מַאֲלִיהָן אֵוֹ שַׁהְיָה
 מַדִּיחָה מַחְזָצָה לָהּ אֵין דְּנִין
 בָּהּ דְּנִין עִיר הַנְּדָחָת אֶלְאָ
 הָרִי הָנִין בֵּיתָה שְׁבָטָו
 עֲבוֹס וּסְקוֹלִין כָּל מֵשָׁעַבְדָו
 וּמְמוֹן לִיוֹרְשִׁיהָן כְּשָׁאָר
 הַרְוָגִי בְּדָ' :

non defecerit major pars tribus,
 judicantur ii, tanquam privati. Si-
 quidem Scriptura ait; *Habitatores*
civitatis: Neque (dicitur) pagus
 exiguus, neque urbs magna. Vbi-
 cunque enim pauciores sunt cen-
 tenis , pagus : ubi potior tribus
 pars, civitas magna dicitur. Eoque
 si seduxerint eam mulieres, parvuli
 , aut privatus quispiam , aut mi-
 nor pars sua sponte defecerit , aut
 extranei sint seductores : non ju-
 dicantur instar civitatis seductæ,
 sed velut privati idololatræ. Ido-
 lolatra autem omnis lapidibus ob-
 ruitur: bona ejus (cedunt) hæredi-
 bus , ut aliorum , qui à Senatu ne-
 cantur.

Non habetur autem urbs pro seducta.] Cuncta hæc desumit auctor ex
 xi cap. Sanhedrin §. 4. Quinque requiri ait, ut civitas quæpiam
 excidio à Senatu destinetur. Primum , ut , qui seduxerint , ex eadem
 sint urbe, & tribu. Deinde, ut duo minimum, vel plures: unde & in-
 fra dicitur cap. v. §. 1. non si unus civitatem seduxerit, eam propterea
 à Senatu excidio destinari, sed singulos judicari. Hinc, ut seducti cen-
 tenarium excedant. Tum, ut seducta sit minor pars tribus. Denique,
 ut viri sint, qui seduxerint. Quartam harum conditionum eo fulciunt,
 quia Scriptura dicat, *Habitatores civitatis*. Civitas vero plus est , quam
 id est , *vicus parvus* , aut *villa* : quam ait Maimonides homines
 habere pauciores centenis. At minus est civitas, quam כְּרָךְ גָּדוֹל , *civitas*
magna; quæ majorem partem tribus complectitur. De voce au-
 diendus quoque David de Pomis. Ait enim
 לְפִירְךָ לְלִילָה נְאַמְנָה בְּמִקְוָס , כְּפָר קָטָן
 חַדְסָה סְקָטְרָנוֹס כָּל עִיר כְּרָךְ . וּבְכָרְכִי רְזָ"ל כְּרָךְ רְזָ"ל . כְּרָכִי הִיס . כְּרָכִי
 id est , *juxta R. Eliam* , in nullo loco in-
 venitur , quid significet , כְּרָךְ פִּירְךָ . Secundum verba Rab. piæ memorie , magna
 כְּרָךְ est Roma , inter urbes maris . sunt qui circumducant murum : וְnotat
 quoque ,

quoque, munitionem ac propugnaculum. Ratio autem, cur seducta majori tribus parte civitas non habeatur pro depulsa, est ea, quod illa instar totius tribus censeatur, & noluerint Hebræi, tribum aliquam deleri, uti Benjamini prope evenerat. Quare tunc privatorum instar judicabantur.

ג אין דנין עיר הנדחת
 יא בב"ד של ע"א שנה
 והוצאה את האיש ההוא
 או את האשה ההיא אשר
 עשו את הדבר הרעה אל
 שעריך. יחידים נהרגים
 בב"ד של כל שער ושער
 ואין המרובי נהרגין אלא בב"ד הנדחים:

* Deut. 17. 5.

III. Nec de urbe seducta, nisi in Senatu LXXI (virorum) judicium fertur: quia dictum est, * Et educes virum illum, aut feminam illum, que fecerit malum hoc, ad portas tuas. Privati, in Senatu cujusque civitatis; multi, non nisi in Senatu magnō, vita privantur.

Nec de urbe seducta, &c.] Notum est, triplicia fuisse judicia Hierosolymis: in templo quidem Σωεδερον virorum LXXI: ad fores vero templi duplex judicium, unumquodque XXXII virorum. In singulis porro Israelitarum civitatibus, in quibus CXX. familiæ erant, constitutum erat judicium, itidem trium & viginti virorum: si tot familiæ non forent, res erat penes tres viros. Hi civiles causas cognoscebant, ut fuse traditur cap. I. Sanhedrin. Præterea רני נסחות judicia capitalia, à tribus & XX peragebantur, ut ibidem §. 4. legere est: sed ea, quæ singulos tantum spectarent. At majora, quæ totas urbes & tribus tangebant, non nisi à Synedrio LXXI virorum tractabantur: unde ibidem §. 5. *לין טומין עיר כדרחן כל מכטיס וחדך.* Non condemnant civitatem apostasie, nisi in Senatu septuaginta & unius virorum. cætera illic vide.

* Deut. 17. 2.

ה אין אחת מערי
 מקלט נעשית עיר הנדחת
 שנה באחת שעריך ולא
 ירושלים נעשי עיר הנדחת
 לפישלא נחלה לשכטים
 ואין עושים עיר הנדחת

IV. Nulla refugii civitas, tanquam seducta, damnabilis est, eo quod dicatur, *In aliqua ex portis tuis.* Neque Ierusalem pro seducta, (eoque excidio digna) poterat haberi; quoniam, in divisione terræ, tribuum nulli fuit attributa. Neque

בְּסֶפֶר כָּדִי שְׁלָא יַכְנֹסו גּוֹיִם
וַיַּחֲרִיכו אֶת אֶרֶץ יִשְׂרָאֵל
וְאֵין בְּדַר אֶחָד עֲשָׂה שְׁלַשׁ
עִירּוֹת הַנְּדֻחֹת ט בְּצֶד וּ
אָבֵל אֲסֵם הַיּוֹ מַרְוחָקָו עֲשָׂה:

Neque in civitatem limitaneam,
ut seductam, judicium exerceba-
tur: ne confluenter eo gentiles, ac
vaftarent terram Israel. Neque Se-
natus uno tempore ejus criminis
condemnaverit oppida tria situ
vicina: at fecerit hoc, si multum distent.

*Nulla refugii civitas tanquam seducta damnabilis est.] Rationem subdit ē
verbis illis Mosaicis legis Repetitæ, In aliqua è portis t v i s. Vbi vis
est in provocabulo t v i s: quia hoc excluduntur civitates refugii.
Quippe hæ separatae erant à ditione Israelitarum; eoque nulla tribus
in eas juris quidquam habebat. Itidem nec Hierosolyma condemnari
idololatriæ universalis quibat, quia nulli tribuum attributa erat in
partitione sanctæ terræ; ut quæ cunctum Israelem spectaret.*

*Neque in civitatem limitaneam.] Hæc iisdem fere verbis in Sanhedrin
cap. i. Sed autor hic rationem reddit: nimirum, ne gentiles locum
vacuum & vaftum invadant. David de Pomis exponit, סְפַר Terminus, statio, aut castra. Credo, originem àesse, ac si circum-
scriptionem dicas.*

*Oppida tria situ vicina.] Nempe ne conspirando, atque alias etiam ci-
vitates in partes suas trahendo, tribus universæ in maxima conjiciant-
tur pericula.*

ה אֵין עֲשֵׂין עִיר הַנְּדֻחָת
עַד שִׁידָחוֹ מְרִיחָה בְּלִשׁוֹן
רַבִּים וַיֹּאמְרוּ לְהַן נָלֵךְ
וְנוּבֹד אוּנָלֵךְ וְנוּבֹחַ נָלֵךְ
וְנָקְטָה נָלֵךְ וְנוּסָךְ אוּנָלֵךְ
וְנָשְׁחָחוֹ אוּנָלֵךְ וְנָקְבָּלָ
בְּאַלּוּה וְהֵם שְׁומָעִים וְעַבְדוּ
אָוֹתָה דָּרָךְ עֲבוֹתָה אָוּ
בְּאַחַת מָאָרְבָּע עֲבוֹדֹת אָוּ
שְׁקָבְלוֹה בְּאַלּוּהָ.

V. Neque civitas defectionis
rea peragitur, nisi cum seductores
plures sunt numero: dixerintque
ipsi: *Eamus, & colamus: vel, Eamus,*
& sacrificemus: vel, Eamus, & suffi-
tum offeramus: vel, Eamus, & libe-
nous: vel, Eamus, & incurvemur: vel,
Eamus, & in Deum assumamus: at-
que illi, qui hæc audiunt, cultum
numinis istius proprium, vel ali-
quem ex quatuor illis cultus mo-
dis exhibuerint, vel pro vero nu-
mine receperint.

R. MOSES MAIMONIDES

Nisi cum seductores sunt numero plures.] Impulere , credo , in eam sententiam verba illa, *Eamus & colamus.* Deut. xxi. 13. Nam qui dicit, *Ibo & colam*, non tam alium adhortari videtur, quam, quid ipse statuerit, aperire. Nihil tamen impedit , quo minus , & unus , & multi, vel unum, vel multos, plurativo numero compellent.

וְעִיר הַנְּדָחָת שֶׁלְאַ
נַּחֲקִים בָּה וּבְמִדְיָה כֵּל
הַחֲנָאִים הַאֲלֹהִים עֲשָׂוִים
לְהֵם מַתְרִין וּמַעֲדִין בְּכָל
אַחֲרֵי וְאַחֲרֵי מִתְהָן שָׁעַבְדָּ
עֲבָזִים וּסְקוֹלִין אֲוֹתָם
כִּיחִידִים שָׁעַבְחוּ וּמִמּוֹנוֹם
לְיִוְרְשָׁהֶם : וְהַיְאֵךְ דָּין עַד
הַנְּדָחָת בּוֹמֵן שְׁתַהְיָה רָאוּיהָ
לְהַעֲשָׂות עִיר הַנְּדָחָת בְּדַ'
הַגְּדוֹלָה שָׁולְחִין וּדְרוֹשִׁין
וּחֲוקְרִין עַד שִׁידְעוּ בְּרָאֵיהֶם
בְּרוּרָה שְׁהַוְרָחָה כֹּל הָעִיר
אוֹ רַוְבָּה וְחוֹרָוּ לְעַבְ"ם
אַחֲ"כָ שְׁלִיחִין לְהֵם שְׁנִיָּה
תַּלְמִידִי הַכּוֹמִים לְהַוְיִרְם
וְלְהַחְזִירִם אִם חֹזְרוּ וְעָשׂוּ
תְּשׁוּבָה מְוֻטָּב וְאִם עַמְדוּ
בְּאֹולָתָם בְּדַ' מִצְיָן לְכָלָ
יִשְׂרָאֵל לְעָלוֹת עַלְיהָן לְצִבְאָ
וְהַן צְרִין עַלְיהָן וּוּרְכִין
עִמָּהֶם מִלְחָמָה עַד שַׁתְּבִקְעֵ
הָעִיר כַּשְׁתְּבִקְעֵ מִידָּמְרָכִין

VI. Quid de civitate , ac seductoribus fiebat , ubi non omnes conditiones istæ concurrerent ? Commonebant , obtestabantur quoque adversus quemque eorum , qui servierant idolis , eosque lapidibus obruebant , velut privatos idolorum cultores : bona eorum hæredibus (relicta.) Quomodo autem civitas seducta , tempore sic exigente , condemnabatur desertæ religionis ? Senatus per delegatos suos inquirebat , scrutabatur , expendebat , usque dum certis comperisset indiciis , civitatem universam , vel majorem ejus partem seductam ad idolorum cultum deflexisse . Deinde missi duo sapientum discipuli , ut seductos commonerent , ac converterent . Si ad saniorem mentem reversi , poenitentiam agerent ; bene erat : sin perseverarent in dementia ; præcipiebat Senatus toti Israeli , ut arma adversus eos caperet , eos obsideret , & impugnaret , donec perruptum civitatis vallum foret . Occupata urbe , crebra mox tribu-

לְהַן בַּתִּי דִּינֵין וְדָנֵי אֹתֶם
 כָּל מֵשָׁבָאו עַלְיוֹ שְׁנֵי עֲדִים
 שְׁעַבְד עַכְ"וּס אַחֲר שְׁהַתְרוֹ
 אֹתוֹ מִפְרִישִׁים אֹתוֹ נִמְצָא
 כָּל הַעֲבָדִים מִיעּוֹתָה סָוקְלִין
 אֹתוֹן וְשָׁאָר הָעִיר נִצְולְנִין
 נִמְצָא רֹובָה מַעְלֵין אֹתוֹן
 לְבָ"ד הַגָּדוֹל וְגּוֹמְרִין שְׁמָן
 דִּינֵס וְהַוּרְגָּנוֹן כָּל אַלְוָ שְׁעַבְדוּ
 בְּסִ"פ וּמְכִין אֶת כָּל נְפָשָׁתָךְ
 אֲדָם אֲשֶׁר בָּה לְפִי חָרָב טָף
 וּנְשִׁים אֲם הַזְּדָחָה כָּלָה
 וְאֲם נִמְצָא הַעֲבָדִים רֹובָה
 מְכִים אֶת כָּל הַטָּף וּהַנְּשִׁים
 שְׁלַעְבָּדִים לְפִי חָרָב וּבֵין
 שְׁהַזְּדָחָה כָּלָה וּבֵין
 שְׁהַזְּדָחָה רֹובָה סָוקְלִין אֶת
 מְדִיחָה וּמְקַבְּצִין כָּל שְׁלָלָה
 אֶל תָּוֹךְ רְחוּבָה אֵין לְהַ
 רְחוּב שָׁוֹשֵׁן לְהַרְחֵב.

tribunalia constituebant, deque
 reis judicium ferebant. Omnes au-
 tem duorum testimonio con-
 victos idololatriæ, ubi eos prius ad-
 monuissent, separabant. Si minor
 civitatis pars idola coluisse; iis la-
 pidibus obrutis, cæteri periculo
 eximebantur. Sin autem major
 pars defecisset; sistebantur Senatui
 magno, usque dum, re judicata,
 idololatras omnes gladio occidi-
 sent. Omnes ejus civitatis, si tota
 fuerit seducta, gladio necant; non
 pueris, non mulieribus exemptis.
 Quin etiam si major pars idolola-
 triæ adhæserit; gladio itidem tam
 pueri, quam mulieres necabantur.
 Sive autem civitas tota, sive pars
 ejus fuerit aversa à Deo; seducto-
 res lapidibus obriuntur, inque me-
 dio fori præda sive bona omnia
 coacervantur. Quod si eo desti-
 tuitur civitas, forum paratur.

Commonebant, obtestabantur quoque.] Nimirum, si numero pauci essent,
 singulos admonebant: sin ingens esset multitudo, publico edicto mo-
 nebantur universi. Verbum קְרֻתָה est admonere, certiorē facere. Venit
 ab קְרֻתָה admonitio, quæ præsentibus testibus fit: protestationem vulgo
 vocant. Doctissimus Cochus in notis ad v. cap. Sanhedrin קְרֻתָה
 vocem hanc deducit. Ego non dubito, venire רְאֵת vidit, in Hiphil
 ostendit, demonstravit: siebat autem hæc admonitio, ut si quis errore
 idololatriam exerceret, desisteret: si monitus perseverabat, non erro-
 re, sed sciens volens peccasse judicabatur; & lapidationis reus erat.

Visque dum certis compresisset indicis.] Deuter. xvii. 2. Quum inquisive-
 ris bene, si ecce vera certaque illa res erit. Vnde in Sanhedrin cap. v. §. 2.

כל פְּמַרְנָה בְּכִדְקוֹת כָּרוּ זֶה אֲפֻנוֹת. *Quisquis multus est in inquisitionibus, sanc laudem meretur. Nimirum nequid temere statuatur.*

Deinde missi duo sapientum discipuli.] Exemplo Prophetarum, qui semper Israelem idolis servientem dehortati sunt. Et simile exemplum est Iosue xxii, cum exstructo à Reubenitis trans Iordanem altari, reliquæ tribus, priusquam bellum adversus eos fusciperent, miserunt Pinchasum, & seniores ad eos.

Percutunt omnem animam hominis.] In Siphre de civitate seducta dicitur: *Non morientur patres propter filios, neque filii propter patres:* juxta quam sententiam verba Scripturæ, *Percutiendo percuties omnes habitatores illius civitatis acie gladii;* de reis intelligenda sint; non item, quorum nulla hic culpa est, infantibus. Super eadem re disputatione R. Elihezer, & R. Aquiba: quorum ille occidi omnes, hic parvulis parcendum continebat. Autor noster Elihezerum sequitur: quia peccatum desertæ religionis usque adeo grave est, ut omnem ejus memoriam aboliri Deus velit, quod ad reliquos terror & exemplum perveniret. Vnde addunt, qui hanc sententiam tuentur, quod Dominus omnes facultates talium absundi jussit: liberi autem, usque ad annum xiiii, juxta Thalmudistas, inter parentum facultates numerentur. Et simile est, quod Deus etiam animalia, quibuscum peccatum commissum est, jussit supplicio affici.

Bona omnia coacervantur.] Ut comburantur. Deuter. xiiii. 16.

וְהִיא רְחוּבָה חֹזֶה
לְהַבּוֹנֵן חֹמָה חֹזֶן מִמְנוֹ
שׁ שִׁכְנֵס לְהֹכֶה שְׁנָאָמֵר
אֶל תּוֹךְ רְחוּבָה וּהֹרְגֵנִין כָּל
נְפָשׁ חַיָּה אֲשֶׁר בָּהּ וּשׁוֹרְפֵנִין
אֲתָּה כָּל שְׁלַלְתָּה עַם הַמְּדִינָה
בָּאָשׁ וּשְׁרִיפָתָם מִצּוֹת עֲשָׂה
שְׁנָאָמֵר וּשְׁרַפְתָּ בָּאָשׁ אֲתָּה
הָעִיר וְאֲתָּה כָּל שְׁלַלְתָּה:

* Dent. 13. 16.

* Ibid.

VII. Si forum fuerit extra civitatem, producuntur pomoceria instantum, ut forum muro contineatur: quia dictum est, *In * medio fori ejus.* Occidunt autem, quicquid in urbe ea animatum, bonaque universa, una cum urbe, absunt igni. Ac concrematio ea est mandati: quia dicitur, *Et * combures igne urbem, & omnem prædam ejus.*

Si fuerit forum ejus extra eam.] Sumtum ex Sanhedrin cap. xi. §. 6. סִימָה רְחוּבָה חֹזֶה לֹא כְוָנֵן חֹזֶק לְתוֹכָה. *Si forum ejus sit extra eam, cogunt illud intra eam.* Nimirum muro circumdant, ut hic exponit Maimonides.

VIII. Fa-

ח נכסי הצדיקים
שבתוכה והם שאר יושבי
העיר שלא הורחו עם רובה
נשרפין בכלל שללה:
הואיל ישבו שם ממונן
אבר וככל הננה מכנה בכל
שהוא לוקה אחת שנאמר
ולא ידבק בידך מאומה מן
החרס: ועיר הנדרחת שהומו
עריה כל המחויק בנכסייה
וכה ומותר ליהנות בו شهرى
הומו ולמה וככה בה שכל
אחר ואחר כבר הפקיד
ממונו משעה שנגמר דין
ואינה נבנית לעולם וכל
הבונה אותה לוקה שנאמר
לא תבנה עיר: ומותר
לעשotta גנות ופרדסים
שנאמר לא תבנה עיר
מדינה כמו שהיא:

quia scriptum est, Non adificabitur amplius, civitas, uti fuerat.

VIII. Facultates justorum (in urbe seducta) habitantium, et si ipsi non desciverint, cum aliorum bonis cremabantur. Nam quia istuc sedem fixerint, facultates perdunt. Et quisquis vel minimam utilitatem ex iis percipit, propterea vapulat, quia dictum est: *Neque adhærebit manui tue quicquam ex anathemate.* Quod si comperiatur, civitatem quampiam falso à testibus esse (desertæ religionis) accusatam: nihilominus, qui quicquam habet ex ejus facultatibus, retinet illud, quæstumque eo facere possit, quia testes falsitatis convicti. Cur vero hoc fas erit? Quia omnium bona ab ea hora fiunt, qua adversus eos prolata est sententia. Neque urbs ea unquam instaurabatur: imo quisquis denuo exstrueret, vapulabat: quia dictum est: *Non adificabitur amplius.* At li-

* Deut. 13. 16.

cuit ex ea facere hortos ac pomaria viridantia: quia scriptum est, *Non adificabitur amplius, civitas,*

Quæstumque eo facere poterat.] Peccatum quidem ab homine, qui non palam tradiderit, ut cremaretur. Sed postquam certis indiciis est compertum, falso aliquem damnatum; nihil opus id cremari, quod aliquis se occulte è bonis ejus retinuisse agnoscit. Nam cur crematur, si damnatus fuit innocens? Reddi verò damnato nequit, si lapidibus jam obrutus. Nec opus redi superstiti; quia mox à pronunciata sententia excidit jure bonorum suorum, quæ comburi debuerunt. Is igitur, qui sibi clam retinuerat, deinceps quoque reservet, eoque utatur, fruatur.

ח'רְסָ מִתְּחָה וְמַחְקָ כְּלֵי מִסְרָרָ בְּנֵי נְכָרִים דְּבָרִים נְכָרִים מִתְּחָה לְפָלִיטִים :
Facultates justorum.] Sanhedrin cap. xi. §. 5. בְּנֵי נְכָרִים חֲמֹרֶו נְכָרִים דְּבָרִים נְכָרִים פְּנִיחָה לְפָלִיטִים :
Devove illam,
& quicquid in illa. Hoc loco subnixi Sapientes dicunt, opes justorum, quae in illa sunt, pertine: quae extra eam sunt, evadere. Sane si ratio queratur, cur justus in urbe illa manserit; vix alia adferri possit, quam quod bona huc impulerint: ergo & bona pereant.

Qui rapuerit quicquam ex ejus facultatibus, retinebit.] Quia, ex qua hora sententia in urbem lata est; jam publicum esse cœpit, quidquid in ea erat, זכה est mereri, dignum esse, ἀξιον οὖτος. Utuntur autem hac voce, quia laudabile videtur studium ejus, qui mox à lata sententia irruit in facultates eorum, qui apostatae esse credebantur.

Licuit vero ex ea hortos & pomaria facere.] Sanhedrin cap. xi. §. ult. Idem statuit R. Aquiba. At R. Iose Galilæus putavit perpetuum, & sterilem acervum relinquendum.

ט שׁוֹרֵה הַשׁוֹבְרוֹת
מִמְּקוֹם לְמִקְומָם אֲمִ עֲבָדָה
בְּעִיר הַנְּדוּחָת וְהַוְּרָחָה עַמָּה
אֲמִ שְׁחַתָּה שֵׁם לִי יּוֹם נְהָרָגִין
בְּסִיף וּמִמְוּנָם אֲבָד וּאַמְּטָה
לְאוֹהֵן בְּסִיקְלָה וּמִמְוּנָן
לִיּוֹרְשֵׁהָן :

I X. Peregrinantes, si dum per urbem seductam transeunt, pariter seducantur: post moram in ea xxx dierum gladio necantur, & facultates amittunt. Sin tantam in ea moram non traxerint: ipsi quidem lapidibus obruuntur; bona vero hæredibus cedunt.

Peregrinantes.] Ad verbum, *Turba iter facientium.* Sane David de Pomis exponit, *turram, exercitum, castra.* Vox Chaldæa est טיר, quæ catervam notat: Arabes hodie *Caravanam* nuncupant: iisdem quoque سَيْرَةٌ est ivit, *prefectus* est. unde سَيْرَةٌ iter, *profectio.* Explicat autor verba, quæ Sanhedrin cap. xi. §. 5. חַחְרַת וּגְמַלְתָּק הַפְּכוּרָת, מִקְרָבָה לְמִקְרָבָה Afini, & camelis, de loco in locum transeuntes, eam ertiunt. Afini & camelis pro his, qui cum iis proficiscuntur. Hi si in urbe aliqua per xxx diés substiterint (nam hoc spatium requiritur, ut possint inter habitatores censeri) in tantum prodesse civitati possunt, ut eam excidio liberent. Nempe si ipsi sint innocentes, ac tot numero, ut quando justis ejus urbis accententur, numerus fiat major justorum, quam eorum est, qui à Dei cultu defecerint. Verum alia est quæstio, de qua Maimonides hic agit. Loquitur enim de peregrinan- tibus

tibus seductis: qui, si diebus xxx in urbe hæserint, una cum cæteris occidi jubentur, bona vero publicantur. Sin breviori temporis spacio in urbe fuerint; ipsos censem lapidibus obruendos, bona autem hæredibus relinqui.

Bona eorum hæredibus.] in Gemara Sanhedr. ad cap. vi. Nam נכסיהם הרכזים קורנו חלכו כרוניהם בירושה. *Eorum, qui Regis iussu occisi sunt, bona Regi cedunt: eorum, qui à Senatu, hæredibus. Quamquam alibi id neget Autor noster. Vide notas eruditiss. Cochi, in cod. Sanhedr. cap. dicto, §. 7.** * pag. 263.

ו' נכסי אנשי מדיניה
אחרת שהיו מופקדין
בתוכה אף על פי שקיבלו
עליהם אחריות אין נשפטין
אליה יחוירו לבעליהם
שנאמר שללה ולא שלל
חברתה. נכס הרשעים
שהודחו שהיו מופקדין
במדינה אחרת אם נקבעו
עמה נשפטין בכללה ואם
אותם אליא נתנו לירושהן:
לאו אין מאבדין

יא בהמה חזיה של
 עיר הנדרחת וחזיה של עיר
 אחרת שהיתה בתוכה הריה
 וו אסורה ועיסה שהייא
 כן מותרת לפני שאיפשר
 לחלקה:

יב בהמה של עיר
 הנדרחת שנשחתה אסורה
 בהנאה כשור הנסקל
 שנשחת. שער הראש בין

X. Facultates hominum alterius urbis, depositæ apud incolam seductæ civitatis, utcunque fuerint oppigneratae, non eo cremabantur, sed restituebantur dominis: quia dicitur, * *spolia ejus*, & * Deut. 13. 16. non, *spolia sociæ ejus*. Bona seductorum deposita in alia civitate, si cremandis adjungi poterant, simul comburebantur: sin minus, non perdebant eas, sed hæredibus dabantur.

לאו אין מאבדין

XI. Quadrupes, cuius dimidia pars seductæ erat civitatis, dimidia altera civitatis alterius, quando apud desertores religionis egerit, prohibita est. Quod si massa farinacea fuerit apud seductos, quia dividi potest, interdicta non est.

XII. Quadrupedæ civitatis seductæ, jam jugulato, quæstum quis facere prohibetur: quemadmodum bove lapidato, posteaque jugulato.

של אנשיים בין של נשים
שבה מותר בהנאה. אבל
של פיאה נכנית הרי הוא
מכל שללה ואסור.

gulato. Capillos virorum, aut mulierum, ejus civitatis in usum convertere licet. Coma autem extra-nea, quia generali prædæ appellatione continetur, prohibita est.

Sed coma extranea. [פולס vel פיה] David de Pomis recte explicat hisce verbis. פער נכרי סיינו פער חמימותה הולמת גראטס מפל ניס לחרון : *Capillus externus, id est, capillus quem applicat mulier capiti, ex capillis aliarum mulierum.* Ut non recte hoc vocabulum cepisse Munsterus videatur, cum significare ait *uxorem alienam.* פולס proprio *angulus*, Levit. xix. 27. פולט רוטקס *ne circumtondere angulos capitum vestrorum.* idem per metonymiam adjuncti pro *antiis*, vel *comis*, quæ eidem applicantur.

יג פירות המחוורין
שבתוכה מותרין שנאמר
תקבוץ ושרפת מי שאינו
מחוסר אלא קבוץ יצאו
פירות המחוורין שהן
מחוסרין תלישה וקבוץ
ושריפה והוא הדין לשער
הראש. ואין צריך לומר
האלנות עצמן שהן מותרות
והרי הן של ירושהן.

* Deut. 13. 16.

XIII. *Fructus neclum avulsi*, quamvis in civitate sint seducta, (usibus humanis) concessi sunt: quia scriptum est, *Colliges & combures: puta, illa tantum, quæ colliguntur.* Eoque fructus neclum avulsi, quos primo decerpere necesse sit, ac deinde colligere & cremare, quod etiam in capillis locum habet, inde excipiuntur. Neque hic necesse addere, arbores fuisse usui concessas; quandoquidem illæ haeredibus cedeant.

Fructus neclum avulsi. [פירות מהוחרין] fructus vocantur, conjuncti, hoc est, nondum avulsi à planta sua. Nam ḥchor, unde David de Pomis exponit *וְאַתָּה כִּי* &c, *adhæsit, copulatus, conjunctus est.* Aboda Zara cap. i. §. 8. *וְאַתָּה כִּי* ḥchor *לְכָס* מהוחרין *סְמִיכָנָה.* *Non vendent eis fructus terraे inherentes; sed de eo, quod demessum est.* Ait hoc loco autor, fructus, qui nondum è stirpe seu planta avulsi sunt, inter anathemata non esse. Fundamentum opinionis suæ citat verba, *congregabis & combures.* at fructus non simpliciter congregari possunt, sed primo decerpendi sunt, eoque non includuntur præcepto. Similis ratio in capillis hominis, qui antequam colligi queant, evellendi sunt.

XIV. An-

יד הַהֲקָדְשׁוֹת שְׁבָתוֹת
תִּמְיִם הַרְיֵה כָּסֶף קְרַשְׁיָה
מוֹבֵח וַיָּמֹתו וְבָחָר שְׁעִים
חוּבָה . קְרַשְׁיָה בְּדַק הַבַּיִת
יְפָדוּ וְאַחֲר כָּךְ שׂוֹרְפֵין אָוֹתָן
שָׁנָאָמַר שְׁלָלה וְלֹא שְׁלָלָן
שְׁמִים הַכְּכֹר וְהַמְּעוֹשֶׁר
שְׁבָתוֹתָה תִּמְיִם הַרְיֵה הָןָן
קְרַשְׁיָה מוֹבֵח וַיָּמֹתו וְבָעֵלִי
מוֹמִים הַרְיֵה הָן בְּכָלְלָן
בְּהַמְּתָה וּנְהַרְגֵּנִין :

XIV. Animalia civitatis consecrata, si perfecta fuerint, altari debentur, ac morientur. *Sacrificium malorum abominatio.* Oblata ad re-parandam domum Dei, redimentur, ac deinde cremabuntur: quia scriptum est, *Spolium ejus*, & non, * *Deut. 13. 17.* *Ies. 1. 13.* *Spolium creatoris.* Primogenitum & decimum quodque animalium in civitate, quod perfectum est, altari est debitum, ac mactandum. Mutila autem continentur generali nomine bestiarum, eoque occidentur.

Animalia civitatis.] Sancta aræ, sive bestiæ Deo consecratæ, et si perfectæ sint, aræque destinatæ, non tamen offerentur Deo; sed communis urbis excidio involutæ, ipsæ etiam vita privabuntur. Sancta vero templi, id est, pecuniæ, aut quæ alia ad reparandum ædem sacram offeruntur, redimenda sunt, & deinde comburenda. Nam illa non urbis amplius sunt, sed Dei. Atqui tantum legitur, *spolium ejus*, puta civitatis. Præterea quia dictum est, *Omnem civitatem & quicquid in ea est*, perendum, nolunt quidquam inde detrahi; sed parem summam priori ad sacra deponunt, deinde priora absumunt. Sanhedrin xi. §. 6. *res sanctas, quæ in ea, rediment.*

טו הַתְּרוּמוֹת שְׁבָתוֹת
אֶסְתְּרִישׁ לִיד כָּהֵן יְרַכְּבּוּ
מִפְנֵי שְׁהָן נְכָסֵי וְאֶסְתְּרִין
הָן בַּיָּד יִשְׂרָאֵל יְנַתְּנוּ לְכָהֵן
שְׁלֵמְדִינָה אַחֲרַת מִפְנֵי שְׁהָן
נְכָסֵי שְׁמִים וְקָדוֹשָׁתָן קָדוֹשָׁת
הַגּוֹף : מְעוֹשֶׁר שְׁנִי וּכְסָף
מְעוֹשֶׁר שְׁנִי וּכְתָבִי הַקְּרַשָׁת

XV. Oblata civitatis, si jam manu sacerdotis sint recepta, putrefescunt, eo quod illius sint. Quod si adhuc in manu sint Israelitarum, tradentur sacerdoti alterius civitatis, quia sunt Dei: quæque Dei sint ex consecratione facta, eadem sint corporis, (sive ordinis Deo inservientis.) Decimæ secundæ, earumque decimarum argentum, & Scri-

שבתוכה הרי אלו יגנוו :
Scripturæ sacræ apud eos inventæ, recondentur.

Putrescunt.] Nec Dei censentur, nec humano usui relinquuntur ; sed habentur pro derelictis, ac putredine perituri.

Decimæ secundæ, earumque, &c.] נָצַר רְאֵשׁ Decimæ primæ sunt, quæ partim ex frugibus, aliisque fructibus, partim ex animantibus, puta ovibus, capris & bubus, dabantur Levitis : ut legere est Levit. xxvii, 30. Nec hæ ferebantur Hierosolymam ; sed à Levitis in quibusque colligebantur civitatibus. Earumque decimarum decimæ pendebantur Pontifici, & sacerdotibus : ut est Num. xviii, 26. decimæ secundæ erant decimæ novem illarum partium, quæ post decimatiōnem priorem residuæ erant. Atque ex his ter quotannis Hierosolymam proficiscentes, in itinere vivebant, & Deo Hierosolymis hostias offerebant paciferas, quas coram Domino comedebant cum Levitis. Porro decimæ secundæ fructuum & animantium vendebantur : & earum argentum sive precium deferebant secum Hierosolymam eentes. Vide Deuter. xiv. Item Sanhedrin xi. §. 6.

יו כל העולה דין בעיר
הנדחת הרי זה כמקריב
עליה כליל שנאמר כליל
לה אלהיך ולא עוד אלא
שמסליק חרון אף מישראל
שנאמר למען ישוב ה'
מחرون אפו ומביא עלייהם
ברכה ורחמים שנאמר ונתן
לך רחמים ורחםך והרבק :

* Deut. 13. 17.

* Ibid.

* Ibid.

XV. Quando quis reos peragit in civitate seducta; perinde est, ac si quis offerret holocaustum consummatum. Nam dicitur, * *Consummatum Domino Deo tuo.* Neque id solum præstat ; sed præterea avertit iram Dei ab Israele : juxta illud, * *Vt convertat se Deus, ne accendatur ira ejus.* Quin & benedictionem adfert, & misericordiam: quia scriptum, * *Vt conferat tibi misericordiam, & diligat, atque augeat te.*

פרק חמישי

המיסית אחד מישראל
בין איש בין
אשה הרי זה נסקל אעפ'
שלiae עבר המיסית ולא
המוסת עכ'ום אלא מפני
שהודחו לעבוד בין שהייד
המיסית הדיות בין שהייד
נבייא בין שהייה המוסת
יחיד איש או אשה או
יחידים מיתתו בסקילדה:

Quisquis Israelitam vel Israeli-
tidem seduxerit, saxis obrui-
tur: tametsi seductor, aut sedu-
ctus, necdum coluerint idola: tan-
tum nempe, quia impellere voluit
ad cultum idolorum. Sive autem
seductor laicus fuerit, sive pro-
phetes; sive item unus, vel virilis,
vel muliebris sexus; sive privati
numero plures fuerint; poena ejus
est lapidatio.

Seducens aliquem ex Israele.] Seductor seu מיסית definitur Sanhedrin
סמסית זו כדריות קת סדריות חמר לו ים ירלה מקום נזקן 10. 6. 117
cap. 10. 6. 117. Seductor est laicus seducens lai-
cum, dicens ei; *Est Deus in illo loco, cui talis cibus, talis potus offertur; à quo*
talia bona, vel mala, exspectantur. Inter seductorem, & *impulso-*
rem hoc discriminis esse videtur, quod tantum unus esse possit;
non pauciores quam duo. Quod planius ex sequentibus fiet.

ב המיסית את רוב
אנשי העיר הרי זה מדינה
ואינו נקרא מיסית היה זה
שהודיח רוב העיר נבייא
מיתתו בסקילה והנדיחס
הרי הן כיחידים ואינם
כאנשי עיר הנדחת עד שהייו
המדיחים שניים. ואחד
האומר אמורה לי עכ'ום
عبادוה או שאמר אמר ל'

II. Qui seducit majorem civi-
tatis partem, ille est MADIACH,
sive impulsor; neque vocatur
MESSIT, sive seductor. Si ille,
qui (ad falsum cultum) impulit,
fuerit urbis prophetes, lapidibus
obruitur: qui vero ab eo impulsi,
simpliciter, ut seducti, censentur,
non ut viri civitatis impulsæ, do-
nec duo sint impulsores. Et tam il-
le, qui dixit, *Idolum retulit, Servite*
mibi; quam qui dixit, *Deus benedi-*
catus ape-

הקב"ה עבדו עכו"ם הרי זה
נבי א' שהדיח ואס' הורחו
אחריו רוב העיר נסקל :

Etus aperuit mihi, colite idola; censemur prophetes impulsor. Ac si ab eo ad defectionem impulsa esset, major pars civitatis, lapidabatur.

Vt seducta censeatur.] Qui simpliciter habentur pro seductis, pereunt quidem, at bona eorum non item. Sed bona etiam peribant, si seductus censeretur, ut pars civitatis ejusmodi, quæ majorem partem seducta sit: sive tanquam eorum unus, qui decepti essent cum majori parte civitatis, quæ propter defectionem istam devota esset, & excidio destinata.

ג' המסית שהסית בין
בלשון רב' בין בלשון חד'
הרי זה נסקל כי'צ'ר האומ'
לחברו אלך ואעבור נלק
ונעבור בעבודה פלו' שדרך
אותה עכו"ם להעבود בה
אלך ואובח נלק ונובה
אלך ואקטר נלק ונקי'ט
אלך ואנסך נלק וננסך אלך
ואשתחו'ה נלק ונשתחו'ה:
הרי זה מסית:

ד' המסית לשנים הרי
הן עדיו והן מביאין אותו
לבד' ומעדים עליו שכך
אמר להן וסוקלין אותו
ואין המסית צרך התראה
אמר לאחד הוא אומר יש
לי חברים רוצים בך
ומעריכם עליו עד שישית

III. Seductor, sive plurativo numero, sive singulo, in suadendo usus fit; lapidibus obruitur. Vt si dixerit sodali, *Ibo, & colam;* vel, *Eamus, & præstemus cultum idolo illi convenientem;* *Ibo, & sacrificabo;* vel, *Eamus, & sacrificemus;* *Ibo, suffitumque offeram;* vel, *Eamus, suffitumque offeramus;* *Ibo, & libabo;* vel, *Eamus, & libemus;* *Ibo, & incurvabo me;* vel, *Eamus & incurvemus nos:* talis pro seductore habetur.

IV. Duo fuerint, quibus suaserit quis: hi testes Senatui fistent, & eum testabuntur sic locutum, & deinde lapidabunt. Nec opus præmonere seductorem. Si uni sic locutus, is dicet, posse idem aliis testibus adstruvi. Ac callide cum eo aget, donec inducatur ad idem coram duobus dicendum, ut occidatur.

בפני שנים כדי להרגו. אם לא רצה המסית להסתה לשנים מצוה להכין לו :

datur. Sin dicere ea coram duobus nolit; præceptum est, ut insidiæ illi struantur.

ה כל ח"ב מיתות שבתורה אין מבניין עליהם חוץ מזה. כיצד מבניין לו המוסת מביא שנים ומעמידן במקום אף כדי שיראו המסית וישמעו דבריו ולא יראה אותן והוא אומר למסית אמר מה שאמרה לי ב"יחוד והוא אומר לו והמוסת משיבו הארץ נניה את אלהינו שבשמים ונלך ונעבד את העצים ואת האבנים אם חור בו או שתק פטור. ואם אמר לו כך היא חוכותינו וכן יפה לנו העומדים שם ברחוק מביאין אותו לב"ד וסוקין אותו:

V. Nulli autem eorum, qui ex Lege fiunt rei mortis, insidiæ struuntur, præterquam isti. Sed quomodo insidiandum ei? Is quem seducere conatus, duos constituet in loco tenebricoso, ita ut videant seductorem, & verba ejus audiant, ipse eos non videat. Deinde seductor, inquiet: *Dic age hic seorsim mihi, quod ante retulisti.* Si tum dixerit illud, sic ei respondebit ille, quem seducere est conatus: *Quomodo autem deseremus Deum nostrum, qui in celis agit; & eamus ad colenda ligna, ac lapides?* Quod si alter dicat, *Hoc nostri est officii, sic decet:* qui abditi erant, prosiliunt, eum ad Senatum adducunt, & lapidibus obruunt.

Duos constituit in loco tenebricoso.] pro נחוקם אלף in Sanhedrin (unde hæc, & priora omnia, ad verbum prope transcripsit autor) cap. vii, §, 10. est. Nempe uterque modus satis conveniens insidiis struendis. De pariete, sed in alio negotio, sic quoque Cicero in Topicis: *Multi etiam in res odiosas imprudentes inciderunt: ut Staleno nuper accidit, qui ea locutus est bonis viris subfuscantibus, pariete interposito, quibus patefactis, in judiciumque prolatis, rei capitalis jure damnatus est.* At de loco tenebricoso, qualis specus, exemplum habemus de Lacedæmonio Pausania, quod ibidem Tullius tangit: pleniusque expoununt Thucydides, Diodorus, alii. Vnius adferam Nepotis verba: *Non est prætereunda gravitas Lacedæmoniorum.* Nam ne hisius quidem (Argilii)

gilii) indicio compulsi sunt, ut Pausaniam comprehendenderent: neque prius vim adhibendam putaverunt, quam se ipse indicasset. Itaque huic indici, quid fieri vellent, praeceperunt. Fanum Neptuni est Tænari, quod violari nefas putant Græci. Eò ille index confugit, in ara consedit, hanc juxta locum fecerunt sub terra, ex quo posset audiri, si quis quid loqueretur cum Argilio. huc ex Ephoris quidam descenderunt. Pausanias, ut audivit Argilium confugisse in aram, perturbatus eò venit: quem cum supplicem Dei videret in ara sedentem, querit, canſſe quid sit tam repentina consilia. Huic ille, quid ex literis comperisset, aperit. Tanto magis Pausanias perturbatus orare cœpit, ne enuntiareret, nec se meritum de illo optime proderet. quod si eam veniam sibi dedisset, tantisque implicitum rebus sublevasset, magno esse ei præmio futurum. His rebus Ephori cognitis, satius putaverunt, in urbe eum comprehendendi.

ו מזוח ביד המוסת

להרנו שנ' ידך תחיה בו

* Deut. 13. 9.

בראשונה להמיתו וננו'

ואסור למוסת לאחוב את

הMESSIAH שנ' לא תאהה לו

ולפי שנא' בשונא עוזוב

* Ibid. 13. 8.

העוזוב עמו יכול אתה עוזוב

* Exod. 23. 5.

לזה תְלַל ולא תשמע אליו

* Ibid.

ולפי שנא' ולא תעמוד על

* Levit. 19. 16.

דס רעך יכול אי אתה עומד

* Deut. 13. 8.

על דמו של זה תְלַל ולא

* Ibid.

תחום עיניך. ואסור למוסת

* Ibid.

ללמוד עלייו וכות שנ' ולא

* Ibid.

חכמול ואם ידע לו חובה,

* Ibid.

אינו ראש לשtok ממנה

* Ibid.

שנא' ולא תכסה עליו.

* Ibid.

ואזהרך להריות הMESSIAH

* Ibid.

non licet: quoniam scriptum est, Neque * celato illum. Vnde au-

tem

V I. Iubetur is, quem seductor tentat, occidere eum: quia dictum fit, Manus * tua erit adversus eum in principio ad perimendum illum, &c. Prohibetur autem tentatus amare seductorem: quoniam dicitur, Non * bene cupies ei. At quia dictum est de inimico, * Iuvando juvabis; credere possis, juvandum hunc tibi. Sed (de isto quoque Lex) instruit, cum ait: Nec * audies illum. Quandoquidem etiam dicitur, Ne * instato contra sanguinem proximi tui: crediderit quispiam, non expetendum proximi sanguinem. Verum & de eo docemur his verbis: Et * ne parcat oculus tuus. Nec tentato, eum licet defendere. Quippe dicitur, Et * ne clementia utaris. Contra si quicquam norit, quod crimen habeat, reticere illud

**מִנְיָן שְׁנָא' וּכְלֵי יִשְׂרָאֵל
יִשְׁמַע וַיַּרְאֹו.**

tem mandatum colligitur de idola-
ta seductore? Ex eo, quod dictum
est: *Et * totus Israël audiet, ac timebit.* * *Dent. 13. 11.*

¶ **הַמִּסְתַּחֲרֵת אֶת אֶחָדִים
לְעַבְדּוֹ וְאָמַר לָהֶם עֲבָדָנוּ
אָם עֲבָדָהוּ נַסְקָל וְאָם לֹא
עֲבָדָהוּ אַעֲפָ שְׁקָבָלוּ מִמְּנָנוּ
וְאָמְרוּ הַזֶּן אֵינוֹ נַסְקָל. אַבָּל
אָם הַמִּסְתַּחֲרֵת לְעַבְדּוֹ אִישׁ אֶחָד
אוֹ לְשָׁאָר מִנִּי עַכְשָׁוִים אָם
קָבֵל מִמְּנָנוּ וְאָמַר הַזֶּן נַלְקָח
וְנַעֲבֹד אַעֲפָ שְׁעָדָן לֹא
עַבְדָּ שְׁנֵיהֶם נַסְקָלִי הַמִּסְתַּחֲרֵת
וְהַמּוֹסֵת שְׁנָא' לֹא תַּאֲבֹה
לוֹ וְלֹא תַּשְׁמַע אֶלְיוֹ הָא אָם
שְׁמַע וְאֲבֹהָה חַיְבָ.**

Non obruitur saxis.] Nempe quia jocose ista videri possint prolati.

ח נְבִיא הַמְּתַנְבָּא
בְּשֵׁם עֲבוֹדָת כְּזָם כִּיצְדָּק
זֶה הָאָמֵר אָמָרָה לִי עַזְזָבָה
פְּלוֹנִיתָ אוֹ כּוֹכֵב פְּלוֹנִי
שְׁמַזְוֹרָה לְעֹשָׂת כָּךְ וְכָךְ
וְאַפְ' כִּיּוֹן אֶת הַהֲלָכָה
לְטָמֵא אֶת הַטָּמֵא וְלְטָהֵר
אֶת הַטָּהוֹר אָם הַתָּרוֹ בָּו
בְּפָנֵי שְׁנֵי הָרִי וְהַנְחֵק

VIII. Qui prophetam egerit
in nomine idolorum: ut si quis di-
cat, *Idolum hoc, vel stella ista, in man-
datis dedit, ut hoc, vel illud, ageretis:*
tametsi juxta Legis statuta de
mundo, & immundo judicet, si co-
ram duobus commonitus sit, stran-
gulatur: quia dictum est, * *Et qui lo-
quetur in nomine aliorum Deorum, &
morietur propheta iste.* Monitum au-
* *Dent. 18. 20.*

שְׁנָא' וְאָשָׁר יְדַבֵּר בְּשֵׁם אֱלֹהִים אֶחָדִים וּמְתַהְ�רֵר הַהֲוָא וְאַוְהָרָ

שְׁלֹו מְכַלֵּל שֶׁנָּאָמַר וְשֶׁנָּאָמַר

*Exod. 23. 13.

אֱלֹהִים אֶחָרִים לֹא תִּזְכֹּר.

tem hoc colligitur ex dicto (generali) illo: *Et * nomen aliorum Deorum non commemorabitis.*

Qui Prophetam egerit in nomine idolorum.] Vide Sanhedrin cap. x. Triplex est Propheta, qui ab hominibus plectitur; ac totidem genera eorum, quos Deus punit. Ab hominibus primum punitur, qui vaticinatur ea, quæ non audivit: ac talis Tzidkija fuit, filius Cenahunæ, tempore Achabi, 11 Chron. xvii, 10. juxta verba: *Etiam Prophetam, qui superbe arroget sibi loqui verbum in nomine meo, quod non præcepi ei.* Alter est, qui prophetat ea, quæ alteri Prophetæ revelata sunt: ob verba, *Quod non præcepi ei:* id est, qui vaticinatus fuerit ea, quæ ipsi non præcepi, tametsi alteri præceperim. Tertius est, qui prophetat in nomine idolorum. Eorum, qui Dei vindictæ relinquebantur, primus est is, qui supprimit prophetiam; ut Ionas. Alter, qui contemnit verba alterius Prophetæ; cuius exemplum est 1 Reg. xx, 36. Tertius, qui suam ipse prophetiam transgreditur: de qualibus volunt dixisse Deum, *Ego requiram ab illo.* Deuter. xvii, 19.

ט וְאַסּוּר לְעַרְוֹן דָּין
וְתִשׁׁוֹבָה עִם הַמְּתַנְבָּא בְּשֵׁם
עַכְוּס וְאֵין שׁוֹאָלִין כִּמְנוּ
אֹות וּמוֹפֵת וְאָסּוּר עֲשֵׂה
מֵעַצְמָו אֵין מְשִׁגְיָחִין עַלְיוֹ
וְאֵין מְהֻרְהָרִין בּוֹ וּכְלָל
הַמְּחַשֵּׁב בְּאָתוֹ שְׁלֹו שְׁמָא
אַמְתָה הַן שׁוּבְרַבְלָא תְּעַשָּׂה
שְׁנָאָל תְּשִׁמְעָאָל דְּבָרִי
הַנְּבִיא הַהוּא:

*Deut. 13. 3.

וְכָנְנֵבֵיא הַשְׁקָר
מִתְחַתּוֹ בְּחַנְקָאָפּ עַל פִּי
שְׁנַחְנָבָא בְּשֵׁם הָאָתָא
הַוְסִיף וְלֹא גַּרְעַשְׁנָאָרְךָ

IX. Prohibitum autem est disputare cum eo, qui Prophetam egerit in nomine idolorum, vel respondere ei: neque postulanda ab eo signa, vel miracula. Quod si sua sponte ea ediderit; non attendendum ad ea, nec cogitatione iis immorandum. Quisquis enim animi dubius ea considerarit, transgreditur illud interdictum: *Ne * audias verba Prophetæ illius.*

X. Falso Prophetæ moriendum est strangulatione, etiamsi prophetaverit in nomine Domini, nec ejus honoris additum quicquam aut detractum iverit. Sicuti dictum:

הנביא אשר יזר לדבר
דבר בשם את אשר לא
צוייתי אחד המתנבא מרת
שלא שמע במראה הנבואה
או כי ששמע דברי נביא
חבירו ואמר שדבר זה לו
נאמר והוא נתנבא בוהר
זה נביא שקר ומיתתו

בחנק :

Falso Prophet.e moriendum strangulatione.] Quia ait Scriptura, Et morietur Propheta iste. Dicunt enim Hebrei : כל חייק קולוּרָה בקורה סתס ח'וּם : Omnis mors dicta in lege simpliciter, non est nisi strangulatio.

יא כל המונע עצמו
מהריגת נביא השקר מפני
מעלהו שהרי הולך בדרך
נבואה הריווה עובר בלא
תעשה שנאמר לא תגור
ממוני . וכן המונע עצמו
מלמד עלייו חובה או
הפוך וירא מדבריו הריו
הוא בכלל לא תגור ממוני
ואין דין נביא השקר אלא
בב"ד של ע"א :

Falsum autem Propheten, &c.] Sanhedr. 1, 6, 5. Ac ratio est ea, quia Prophetes, dum verus sit, supra universum est Israelem.

יב הנודר בשם עכ"ז
והנשבע בה לוקה שנא'
שם אללים אחרים לא

ctum: *Etiam * Prophetam, qui superbe * Deut. 18. 20.
arroget sibi loqui verbum in nomine
meo, quod non praecepi.* Tantundem
enim est, utrum quis prædicet ea,
quæ non audierit in visione pro-
phetica ; an tanquam sibi dicta
proferat, quæ socius Propheta au-
divit. Sane & talis est Pseudopro-
pheta, eoque strangulandus.

XI. *Quicunque à cæde Pseu-
doprophetæ abhorret, quia excel-
lens, riteque observare prophetan-
di modum videtur : is transgredi-
tur interdictum hoc, Ne * metuas * Ibid. 18. 22.
ab eo. Itidem, qui se substrahit, ne
accusare cogatur, vel metuit ac
veneratur ejus verba, sanctione
hac generali continetur, Ne metuas
ab eo. Falsum autem Propheten
non judicabant, nisi in Senatu LXXI
virorum.*

XII. *Qui in nomine idolorum
facit votum, aut jurat, vapulat,
quia dictum. Nomen * Deorum alio- * Exod. 23. 33.
rum ne*

7^o
 תָּמִיכָה אֶחָד הַנְשָׁבֵע בָּה
 לְעַצְמוֹ וְאֶחָד הַנְשָׁבֵע בָּה
 לְגֹוי . וְאֶסְוֹר לְהַשְׁבִּיעַ גֹּוי
 בְּיַרְאָתוֹ וְאֶפְיָלוֹ לְהַוְכִּיר שָׁם
 עֲכֹ"ם שְׁלָא דָרְך שְׁבֻועָה
 אֶסְוֹר שָׁנָה לֹא תָמִיכָה :

* Ibid.

rum ne commemores. Perinde autem habetur, ecquis sibi ipsi, an gentili juret. Similiter prohibitum, ed adigere gentilem, ut per Deos suos juret. Etiam interdictum, ed impellere, ut vel narrantis more faciat mentionem idoli, ejusve cultus. Siquidem scriptum, * *Ne commemores.*

Prohibitum eo adigere gentilem, ut per Deos suos juret.] At quid fiet, si rex vel princeps fidelis, cum infideli foedus inierit? Num ab eo juramentum exiget, quem sciet, non juraturum nisi per Deos suos, vel aliter si juret, non assis id facturum? Neget aliquis. Verum sine juramentis ejusmodi non consistit generis humani societas, & pax terrarum. Difficilem itaque hanc esse quaestione pronunciat B. Augustinus, epist. cliv, quae ad Publicolam. Sed videmus, Genes. xxxi. non urgere Iacobum, ut eodem modo, ac ipse, juret etiam Laban, idolorum cultor. Nempe ita censeo ab idololatra, ac gentili, *אֶתְהָאָס* exigi, ut juret, Iuramentum autem suo genere est bonum. Iurat vero ille, sed per deos suos gentiles. Id malum non laudatur: sed ob magnum bonum (id bonum est pax terrarum) jure toleratur.

נִגְנָה לֹא יָמֵר אָדָם
 לְחַבֵּרוֹ שְׁמֹור לִי בָּזְדָּה
 עֲכֹ"ם פָּלוֹנִי, וְכַיּוֹצָא בָּהָה:
 וְכָל עֲבוֹדָה וְרָה הַכְּחֻובָה
 בְּכַתְבֵי הַקְרָשָׁה מֹתֵר לְהַוְכִּיר
 שְׁמָרָה כְּגָון פָּעוֹר וּבָלְנוּכָה
 וּבָעַל וּגְדָה וְכַיּוֹצָא בָּהָן וְאָסָה
 לְגָרוּם לְאֶחָרִים שִׁידָרוּ
 וְשִׁיקִיּוּם בְּשָׁם עֲבוֹדָת
 כָּיּוֹם וְאֶנוּ לְוקָה אֶלְאָה
 הַנּוֹדֵר בְּשָׁמָה וְהַמְּקִיּוֹם

XIII. Ne quis dicat socio suo,
Prope hoc, vel illud idolum expecta me; vel aliud hujusmodi. Omnium tamen idolorum nomina exprimere licet, quorum in Scripturis fit mentio: uti Peor, Bel, Nebo, Baal, Gad, & similium. Interdictum autem aliis caussam praebere votum faciendi, vel illud exsequendi in nomine horum idolorum. Non tamen vapulat, nisi qui in nomine idoli vovet aliquid, ac affirmat.
 Atque

בְּשֵׁמֶת וְהַוָּא הַנְשָׁבָע Atque idem censendum de jura-
mentis per idolum.

Nebn.] Cujus mentio Esai. xlvi, 1. Δαγὼν vocatur τῷ εἰδομήκοντι. Lyranus ait, post Belum fuisse augustinissimum Assyriorum numen. Vide quæ de eo, & Gad, memorantur Seldeno, libro de Diis Syris. Nec enim doctissimi viri scrinia compilare est animus.

Ac affirmat.] Vnde & Onkelos, ubi in Hebræo est פְּנַעֲשָׂה; transluxit סִירָק, id est, affirmavit. Nempe nec falsi numinis appellatione utendum ad aliquid certius asserendum. Ut si cum viris Romanis dicas *Me Hercules*, vel *Epol*, aut cum mulieribus *Mecastor*. Tertullianus libro de idololatria cap. xx: *Consuetudinis vitium, etiam in Christianis, dicere, Me Hercules: dicere & Me Deus Fidius, accedente ignorantia quorundam, qui ignorant, jurandum esse per Herculem.*

Idem censendum de juramentis per idolum.] Vti, inquit, non punitur, qui in nomine idoli aliquid vovet, nisi & præstet: ita nec qui jurat per idolum plectendus, nisi idem exsequatur. Ratio est, quia fortasse & votum vovit, & jurandum juravit, non sponte, sed coactus. Quare nisi postea reapse præstet, quod vovit, aut juravit; non habetur pro plena voluntate. Quid mirum? quando posteriorum temporum Iudæi putarunt, non omnes juramenti formulas habere vim obligandi, aut perjurii poenam: sed certas demum, quæ in Thalmude leguntur. Et profecto, si adjungerentur ad jurandum per Iovem, aut alios gentium Deos, id flocci fecisse, eoque gentiles ursisse, ut jurarent juramentum, quo obligari se putarent; docet illud Martialis lib. xi, epig. xc:

Ecce negas, jurasque mihi per tempora Tonantis.

Non credo: jura, verpe, per Anchialum.

Sententia est, Non satis est, quod juras per templum Iovis Capitolini; quandoquidem eum non assis facis, nec te putas juramento istiusmodi obstringi: illud peto, ut jures juramento, quod Iudæis sanctissimum: quale per Anchialum, quomodo corrupte dicebant gentes pro σεβρι, chiala, ut veteres pronunciarunt: pro quo Masorethæ קָרְבָּן hoc est, vivit Deus. Adi sis, quæ de eo parens meus historiæ Pelagianæ lib. v, part. ii.

פרק ששי

CAPUT VI.

**העושה אוב או ידוען
ברצינו בזדון
ח'יב כרת ואם ה'ו שם
עד'ים והתראה נסקל הירן
שונג מביא חטא'ת קבואה:**

Q Vi Pythonis , aut arioli opera, sciens volensque facit, exscindi meretur. Quod si testes adfuerint, monitusque sit, lapidibus obruitur. Sin errore (id factum,) fixum , sive determinatum adducet sacrificium.

Fixum sive determinatum.] Vbi par ratio divitis ac pauperis. Vide, quæ notavi ad capit. 111, sect. 1.

**ב ב' ציד הוּא מעשה
האוב ור' שהוא עמד
ומקטיר קטורת ידועה ואוחזו
שרביט של הדס בידו
ומניפו והוא מדבר בלבד
בדברים ידועים אצל עד
шибemu השואל כאילו אחד
מדבר עמו ומשיבו על מה
שהוא שואל בדברים
מחחת הארץ בקול נמייך
עד מאך וכאילו איןנו ניכר
לאון אלה במחשבה
מרג'יש בו : וכן הלוקה
גולגולת המת ומקטיר לה
ומנחה לה עד שישמע
כאילו קול יוצא מתח' שחוי**

שפֶל עד מאך ומשיבו כל אלה מעשה אוב הן ותעשה אחר מהן
נסקל : *Consultat*

I I. Cujusmodi est illud opus Pythonis ? Est qui consistit, ut offerat certum suffitum genus : is manus sua virgam vibrat myrteam: ac recepta quædam incantationis verba profert: mox consulit alium, quasi loquentem secum , & interrogatis respondentem è terra voce submissa admodum ; quam auribus percipere non valeat, sed cogitatione tantum assequatur. Similiter est , qui cranio mortui arrepto illud suffitu imbuat & incantet , donec præeuntem audiat vocem, quæ exeat axillis; & respondeatur ei. Hujusmodi omnia sunt Pythonica ; quique aliquid eorum facit, lapidatur.

DE IDOLOLATRIA.

75

Consulit alium quasi loquentem secum.] Non de nihilo est, quod Maimonides noster quasi loquentem dicat. Siquidem credidit, quae de νεκρομαντείᾳ dicuntur, vana esse figmenta: unde commentario in Misnam, disertim ait, eos, qui arte illa, si ars dicenda est, celebrantur, nihil habere potestatis in animas defunctorum. Imo & ille, & R. Levi Ben-Gerson, existimant, Pythonissam, de qua in S.S. agitur, non revera Semuelem eduxisse; sed tantum fascinasse Saulis oculos. Alii Hebræorum censem, dæmonem, forma Samuelis indutum, apparuisse. Sed Rabbinorum vetustiores vere, ut traditur, rem omnem evenisse volunt; quia intra duodecimum mensēm à morte Samuelis fiebat. Arbitrantur enim, animas illo spatio non eodem esse in statu, quo postea sunt. Ajunt iidem, si defunctorum animæ per Pythonem excitæ sint; pythomantin videre eas, non audire, ut mulier à Saule consulta; consulentem audire, non videre, uti Saul; eos vero, qui defuncti operā non indigent, nec videre, nec audire; uti Abner, aliquie, qui cum Saule mulierem accesserant. Ac videtur inde quoque esse, quod Maimonides hic dicat, alium quasi loqui è terra, & respondere interrogatis. Nempe quodammodo audit, non videt: uti nec Saul vidit.

*E terra, voce submissa admodum.] Iesai. xxix, 4: *Vt dejecta è terra loquaris, & è pulvere missit sermo tuus, sitque quasi Pythonis è terra vox tua, & è pulvere sermo tuus pipiat.* Vide & Esa. viii, 19.*

*Similiter est, qui crano mortui, &c.] Notum talia à Magis adhiberi solita. Vnde inter cætera Appulcij, magiæ accusatus, quod σκελετὸν sibi fieri curasset, ait: *Tertium mendacium vestrum fuit, macilentam, vel omnino evisceratam formam diri cadaveris fabricatam, prorsus horribilem & larvalem.* *Quod si compertum habebatis adeo evidens signum magiæ, cur mihi, ut exhiberem, non denuntias?* En evidens signum magiæ nuncupat. Et aliquanto ante: *Quod me ajunt ad magica maleficia occulta fabrica, ligno exquisitissimo comparasse;* & cum sit sceleti forma turpe & horribile, tamen impendio colere, & Græco vocabulo nuncupare βασιλέα.*

Et incantat illud.] Βρον David de Pomis ait, cum esse, qui cogit spiritum, ut sibi futura prænuntiet. Βρο in S. Scriptura est augurari, ominari, & tam in bonam, quam malam partem sumitur. Ita ut etiam de eo usurpetur, qui futura prudentiâ suâ prævidet. A Βρο serpens deductam vocem, non ambigo. nam ejus in auguriis, & incantationibus, aliisque sacris, magnus erat usus. Vnde Hesychius: Οἰωνός, ὁ Φεις ἐπίκνῶς γόλεγές ἐστις μαντείας τοῦ οὐρανοῦ, οὐδὲ οἰωνός ἐλεγον. Homerum

adi II. β, & ibi Eustathium. Atque hinc etiam mos ille apud Ethnicos serpentem appingendi diis. Iustin. Apol. 11. pro Christianis : ἀλλὰ παντὶ τῶν νομιζομένων περὶ ὑμῖν θεῶν ὁ Φίσ σύμβολον μέχεται μυστήριον αἰαγέα Φε'). Omnidibus, qui apud vos dii habentur, appingitur serpens, ut magnum symbolum & mysterium. Orus Apollo quoque ait apud Aegyptios, Οὐεῖαιον, ὃ εἶνι Ελλάς τι Βασίλισκον, χρυσωῦ περιπλεῖσθαι τοῖς θεοῖς. Vbaeum, id est, Graece Basiliscum, aureum circumponi Diis. Locis etiam sacris serpentem appositum, indicio est illud Persii :

Pinge duos angues; pueri, sacer est locus.

Porro serpentis eam venerationem acceperunt Graeci à Cadmo. Phœnices enim serpentem religiosissime, ut Deum, coluisse; ostendit Eusebius in Præparat. Euang. Nec Python, & Apollo Pythius, aliunde quam à serpentis cultu. Nam ἡ αἱ aspis. Ita & Pythonissa 1 Sam. xxviii, 7. vocatur domina ἡ ὄφη, sive oph, quod idem. Sane ab oph, ὁ Φίσ, uti & ab ὄφῃ, γλαῦξ : de quo ex Oro jam vidimus. Fortasse etiam, quod Cadmum in draconem esse confinxit Graecia; non aliud sibi vult, quam quod relatus sit in semideos. Atque eo etiam fine sepulchro ejus fuerit inscripta imago serpentis. Nisi magis placet, isto significasse, quod primus ex Oriente in Graeciam attulisset religionem Phœniciam, qua in serpentis imagine Deus coleretur. Sane solent in sepulcris ponere, quæ defuncti beneficia, vel aliud ad memoriam eorum pertinens indicarent. Inde ad Vlyssem umbra Elpenoris Odyss. xi.

————— Πῆλει τὸν τύμων ἐρείμου
Τῷ Κύωδες ἐρεσον.

*Fige super sepulchrum remum,
Quo vivus remigabam.* Virgil. in vi :
Ingenti mole sepulchrum

Imponit, suaque arma viro, remumque, tubamque.

Et in summo Archimedis sepulchro, sphæram fuisse positam cum cylindro; auctor est Tullius in v Tuscul. quæst. Etiam Rabbini tradunt, Iosuæ sepulcro impressam fuisse Solis imaginem; & inde volunt appellatam esse urbem קְרֵם חַנִּינָה, Similitudinem Solis. Vnde Ios. xv, 10. ubi Hieronymus Thamma: LXX autem πόλιν ἡλία. Sed longius recessimus. Redeo ad עַמּוֹת, quod & pro hariolis ponere reperias apud Hebræos. Vide, quæ de variis eorum generibus annotavit doctissimus Cochus.

ג ב' כ' י' צ' ר' מ' ש' ה' י' ד' ע' נ' כ' נ' י' צ' ע' ש' ש' מ' י' ד' ע' III. Quod est opus arioli? Os avis, cui nomen *Iaduah*, inserit ori suo,

**בפיו ומקטיר ועשה מעשים
אחבי עדר שיפול בנכפרה
וידבר בפיו בדברים שעתידים
להיות וכל אלו מני' כו"ס
הן ואורה שלחן מנין שנ'
אל תפנו אל האותות:**

suo, & suffitum, aliaque facit, donec fiat mente commotus, & loquatur, quæ videntur eventura. Vniversa hæc sunt idololatrici generis: atque eorum interdictum habemus, cum dicitur, *Ne * vos * Levit. 19. 30. convertatis ad Pythones.*

Iaduah, *jaduah*, non hic est vocabulum, ut Grammaticorum filii loquuntur, adjectivum, quomodo signat *notum*: sed rei per se subsistentis proprium nomen; idque animantis, ut ait R. David Kimchi in libro Radicum. Maimonides noster magis determinat, cui est *עוף, avis*. Specialius etiam alii; quibus placet esse, quam Theocritus in Pharmaceutria vocat *יעפה*, Latini *motacillam* nuncupant.

Donec fiat mentis commotæ. *נכפה* interpretantur *morbum caducum*. David de Pomis: *הנכפה חולי טיפול מדרס כחרץ נמנען*. ומכתו מודעה בספר רפואות: *וכן id est, Nechepha morbus est, quo cadit homo in terram cum furore: causa autem ejus constat ex libris medicis: ideoque nos vocamus morbum illum morbum caducum*. Hic tamen pro *μανίᾳ* seu *furore* *υατού* accipio; unde & *μανίας* Græcis nuncupati sunt.

**ה הנותן מורשׁ למלך
ברצונו בordon ח"יב כרת
בשונג מביא חטאחת קבואה
ואם עשה בעדים והתראה
נסקל שנא' ואשר יתן מורשׁ
למלך מות יומת ונומר
ואורה שלו מנין שנאמר
ומורעך לא תחן להעbir
מלך וلهلن הוא אומ' לא
ימצא בך מעביר בנך ובתו
באש:**

I V. Qui de semine suo offert sciens volensque, exscinditur: sin errore, sacrificium præfinitum (ad expiationem sui) adducit. Quod si testibus fecerit præsentibus, & post admonitionem sui, lapidatur, juxta illud: *Et * qui de semine suo offerat Moloch, moriendo morietur.* Interdictum autem hac de re inventitur his in verbis: *Et * de semine tuo* *riatur inter vos, qui filium, aut filiam suam, per ignem traducat.*

Qui de semine suo offert Molocho.] מָלֶךְ Molocho haud dubie nomen impositum, tanquam Regi, & maximo Deorum. Nam id honoris Soli mortalium profanorum antiquissimi dabant. Vnde non immerto Maro xi Aen.

Summe Deum, sancti custos Soractis Apollo.

Servius ad eum locum, *Summe Deum*, inquit, *ex affectu colentis dicitur*. *Nam Iupiter summus est.* Sed non attendit Servius, Solem ab antiquissimis, ut Deorum maximum, cultum esse: nominaque Iovis, Saturni, Martis, Liberi, Ori, Osiridis, aliaque multa, Solem significasse. Qua de re Macrobius fuse lib. 1. *Saturnal.* cap. xvii, & sex sequentibus.

ה כ'יך הוי עושין
מלך אש גדולה ולוקח
מקצת ורעו ומוסרו לכומרים
עובד האש ואוthon הכהרים
נותני הבן לאביו אחר
שנמסר בידן להעבירו באש
ברשותו ואביו הבן הוי
שמעביר בנו על האש
ברשות הכהרים ומעבידו
ברגלו מצד זה לצד אחר
בחוך השלהבת לא שהוא
שורפו למולך כדרך ש
שרופין בנייהם ובנותיהם
לעכו"ם אחרת אלא
בהעברה בלבד היהת
עובדת זו ששמו מלך
לפיק העשה עבודה זו לכ"ם אהרת חוץ ממולך פטור:

V. *Quomodo (id fiebat?) Accenso igne magno, partem sui accipiebant seminis, quam dein Sacerdotibus igni servientibus tradebant.* At Sacerdotes, ubi filium accepissent, eum patri restituebant; quo ipse ex sententia sua eum per ignem traduceret. Igitur pater filium, permisso sacerdotum, per ignem agebat. Pedibus autem jubebat transire; donec, flammæ quicquid erat, emensus foret. Non enim Molocho eum comburebant, quomodo liberos suos aliis exurebant Diis: sed cultus ille Molochi tantum in transitu confistebat. Ideoque, qui hunc cultum alteri, quam Molocho, exhiberet, absolvebatur.

Quomodo id fiebat?] Dissentient homines doctissimi, utrum infantes per ignem tantummodo fuerint traducti; quæ Aben-Ezra sententia est: *an vero cremati*; ut volunt Moses Gerundensis, & Isaacus Abramanel.

vanel. Qui posteriorem sententiam sequuntur, addunt, propterea in sacris usurpata tympana, ne ploratus infantium audiretur. Atque hoc colligunt ex Ier. viii, 31: *Ædificarunt excelsa Tophet, quod est in valle filii Hinnom, ad exurendos filios & filias suas igni.* Estque in hac etiam sententia Cyrillus Magnus comment. in Elaiam. Qui vero existimant, tantummodo per ignem traductos, in partes advocare possunt Patres Sexti Constantinopolitani in Trullo habiti. Nam Canone LXV, dicunt, *Tās ēt tō̄s γερμανίας τό̄o ινων ἀφ̄ τ̄ oīneīow ēḡasnej̄ow n̄ oī-
κων αναπομένεις πυρκαϊάς, ās x̄ τ̄ōeρḡalλeod̄y ινες κᾱt̄ p̄ēθ@
āρχαιον ēπιχλ̄σοι, δο̄o τō παρόντ̄@ καταργηθών περσιάσωμεν.*
*Qui in noviluniis à quibusdam ante officinas & domos accenduntur, rogos, (supra
quos etiam antiqua quadam consuetudine transilire audent) cessare jubemus.* Per
morem antiquum ibi designari ignem à Manasse incensum, docuit
Zonaras. Quod si Moloch Apollo est, faverit eidem opinioni Maro,
xi Æneid.

— *Cui pinus ardor acervo
Pascitur, & medium freti pietate per ignem,
Cultores multa premissus vestigia pruna.*

Scio, Molochum potius credi Saturnum. Sed enim, quid de eo videatur, ex Macrobo jam diximus. Atque ut apud Isidorum quoque legas in viii Originum, cap. xi: *Apud Assyrios Bel vocatur quadam sa-
cerorum suorum ratione & Saturnus, & Sol.* Quæ etli verissima sint, non propterea tamen placent, qui infantes crematos negant. Quid enim impedit, quo minus uterque mos obtinuerit, & ille cremandi, & alter per ignem traducendi? Crudele multis videtur sacrificare liberos. Et sane est. Nihil tamen certius, quam gentiles immolasse suos liberos. Id Ægyptios fecisse, testis Athenæus, lib. iv. Carthaginenses quoque, Phœnicum colonos, hunc morem recepisse, docent Didorus, lib. xx, & Trogus, sive malis Iustinus, lib. xviii. Etiam Ennius de iis:

Ille suos Divis mos sacrificare puellos.

Quid gentium alias persequar? Vide quæ pio & erudito opere de Christi Satisfactione, cap. x. scripsit divinarum humanarumque literarum scientissimus Hugo Grotius.

*Permissu Sacerdotum.] רְמִוִּים, permisso, licentia: unde & ponitur pro loco proprio: ut ædes alicujus sunt רְמִוִּים. Et Abod Zara, cap. ii,
§. 3. licentia multorum; id est, locus publicus.*

וְאַנְנוּ חֵי בָּכֶת אָוֹ VI. Neque vel exscindebatur,
vel

סקילה עד שימסור בנו
למולך ויעבירו ברגלו באש
דרך העברה: מסר ולא
העבר הער ולא מסר
או שמסר והער של לא
בדרכ העברת פטור. ואינו
חייב ער שימסור מקט' ורש
ויניח מקט' שנאמר כי
מורש נתן למולך מקטתו
ולא כלו.

*Levit. 20. 3.

suo dederit Molocho. Quasi dicas, qui partem dederit, non totum.

Qui partem dederit, non totum.] Mira conclusio: reus est, qui filiorum aliquem obtulerit Molocho; qui vero omnes, liber est. Ajunt Hebrei, ideo hoc institutum, quia si quis unum tantum filium obtulerit, morte sua expiaret peccatum illud. At si omnes obtulerit, gravius esse delictum, quam ut morte expiari possit. Ideoque hominem illum hic quidem effugere poenam; sed a Deo vita eterna orbari. Alii obtinuisse morem volunt, ut unus tantummodo filius offerretur; cuius oblatione, pro omnibus offerentis liberis, satisficeret: eoque, si non unus, sed universi offerrentur, recedi a cultu, qui Moloch praestari solet: eaque de causa talem esse immunem a poena, qua afficitur, qui Moloch filium suum obtulisset. Sed magis mihi probatur sententia Isaci Abravanelis: qui existimat, eo dicere Scripturam, *Qui dederit de semine suo;* quia parum verisimile foret, repertum iri quemquam, qui universam sobolem suam offerret Molocho. Tantum igitur abest, ut trium liberorum pater, si tres obtulerit, liber sit a poena, ut tanto magis poenae sit obnoxius. Sed si, ut Maimonides ait, *de semine significat* partem, non totum: quid statuendum, si filius offeratur unigenitus, ubi idem unica, & universa soboles? Hic unigenitum dixeris seminis partem ratione totius, ut vocant, potentialis. Nam ut actu filium habuerit unum, potestate tamen habuit plures.

וְאֶחָד וּרְעֵבֶר וְאֶחָד
וְרַע פְּסֻל אֶחָד בְּנֵי וּבְנֹתָיו

VII. Tantidem autem censentur proles legitima, & illegitima: tantidem

D E I D O L O L A T R I A .

31

אחד בניהם ובני בניהם
על כל יוצאי ירכו הוא ח'יב
מן שhn ורעו אבל אם
העריר אחיו או אחיתוי או
אבותוי או שהעריר עצמו
פטר העיר אחד מורען
והוא ישן או שהיה סומא
פטור :

tantidem quoque liberi , & nepotes , vel pronepotes , aut quicumque ex femore ejus . Ut reus sit propterea , quia ex semine ejus sint . Sed si quis traduxisset fratrem , sororem , patrem , ipseve transiisset , liber erat : ut etiam si traduxisset aliquem e semine suo , sed dormientem , aut cæcum .

Proles legitima & illegitima.] Sive, Semen legitimum & illegitimum.
vox à Rabbinis , ubi de prohibito & licto sermo est , sæpe usurpatur . Ita mulier opponitur menstruatæ : ac semen id est , rectum , seu legitimum , semini falso , id est , illegitimo . Quod Rabbinis est , adulterare , seu falsificare , & inquinare , est à scilicet deductum : quia talia in falsorum Deorum honorem fiebant .

Sed dormientem , aut cæcum .] Hunc , vel illum , qui traduxerit , eo liber pronunciatur , quia incedere neuter potest . Volunt enim Hebræi , pueros , qui offerrentur , ignem transiisse saltabundos : דרך הַעֲבֹדָה הַכִּידְעֹם .
ח'ר הַכִּי סְרָגְלָה דְלִיכְנֵי בְמִינְנֵי נָרְמָה מִסְמָה גִּיסָּה וּנוֹרָה מִסְמָה גִּיסָּה רַבָּה חַמְפּוֹרְתָּה . Transtulit doctiss . Cochus : per modum transductionis . Cujusmodi illa est ? Ait Abai : Ordo ferentium in medio erat : ignis hinc inde ardebat . Rabba ait : Ut qui saltant in festo sortium .

ח מצבח שאסורה
תורה היא בנין שהכל
מתקבץ אצל אלה ואפילו
לעבוד את השם שכן ה'י
דרך עבודה כו"ס שנאמר
ולא תקים לך מצבח וכל
המקים מצבח לוקח . וכן
אבן משכית האמוריה
בתורה ע"פ שהוא

VIII. Statuæ nomine in lege prohibitæ censetur structura , ad quam se omnes congregant ; quamvis id fiat ad serviendum Deo vero . Talis enim est cultus idolorum . Dictum autem est , Ne que * eriges tibi statuam . Quisquis * Deut . 16. 22 . igitur eam erigit , vapulat . Similiter , quisquis se incurvat super lapide figurato , de quo Lex loquitur , et si vero id Deo præstet , vapulat .

L pulat .

*Levit. 26. 1.

שֵׁן וְאָבָן מִשְׁכִּית לֹא תַתְנִזֶּה
בְּאָרֶצֶς לְהַשְׁתְּחוּת עַלְיהָ
מִפְנֵי שְׁהִוֵּה דָּרָךְ עַמּוּדָם
לְהַנִּיחָה אָבָן לְפָנֶיהָ
לְהַשְׁתְּחוּת עַלְיהָ לְפִיכְךָ אֵין
עוֹשֵׂין כָּן לְהָאָבָן וְאַיִלּוֹ לְוַקָּה עַד
שִׁיפְשּׁוֹת יְדֵיו וּרְגָלָיו עַל
הָאָבָן וּנְמָצָא כָּלָו מָטוֹל
עַלְיהָ שֹׁו הִיא הַשְׁתְּחוּתָה
הָאָמָרָה בְּתּוֹרָה:

pulat. Quia dictum: *Neque * figuratum lapidem ponite in terra vestra, ut vos incurvetis super eo.* Id enim in idolorum cultu obtinebat, ut lapis poneretur, super quo fese prosternerent. Ac propterea nefas id agere in veri Dei cultu. Nec tamen vapulabit, nisi manibus pedibusque super lapide prostratus jacuerit. Hujusmodi enim incurvacionem Lex designat.

Statuae nomine in lege prohibite.] Scriptoris nostri hæc sententia est, non statuas quasvis, sed superstitiones duntaxat, esse interdictas: non illas itidem, quæ in rei alicuius testimonium ponerentur. Qualis illa Iacobi Genes. xxviii, 22. verbis istis designata: *Hæc strues lapidam, quam disposui in statuam.* Item xxxi, 52: *Testis cumulus iste, & testis statua illa est.* Ideoque verba hæc, *Ne erigas tibi statuam, quam aversatur Dominus Deus tuus:* exponunt Hebræi de statua ad superstitionem constituenda; non illa, quæ ad memoriam ponitur. Sic infrà cap. viii, §, 5. ait, non alios prohiberi lucos, quam qui idololatriæ ergo plantati sunt.

Super lapide figurato.] Apud Mosen Levit. xxvi, 1. est *מִסְכָּנָה* quod secundum R. Bahye, & alios, notat lapidem effigiei, sive figuræ: hoc est, lapidem pictum, vel cælatum. Sententia igitur, (ut est apud R. Bahye) *ejusmodi est, כי אם צבורך ורשות קיירין לך בכוור נחך* *וותנין סחוכין לך נכס וטחוכין מליכך נכני.* *Mos idololatricus erat, figurare lapidem pulcre effigiei, eumque ponere coram idolo, & super illo se coram hoc prosternere.* Sed aliter R. Salomo: qui interpretatur *מִסְכָּנָה*, à *מִסְכָּנָה*, hoc est, coopernit: ut sic lapis pavimenti dicatur, quia is terram contegit. Onkelos vero intelligit *סְבִיבָה*, *lapidem humiliationis*; fortè mutato in p. Nam *סְבִיבָה*, *humiliatio*. Ita significabitur lapis, super quo se incurvarent, & prosternerent: non ante quem, sive cui se incurvarent; ut alii interpretantur.

Id enim in idolorum cultu.] Significat, eum esse morem gentilium, ut ante idolum, pavimentum sternatur lapide, in quo aliquæ sculptæ sint figuræ: ac videntur istæ quippiam expressisse, quod ad idoli illius honorem

norem pertineret : finis verò lapidis adeo affabre facti erat , ut super illo se prosternerent , adoraturi idolum ibidem erectum .

ט בד"א בשאר הארץות אבל במקדש מותר להשתחוות לה עלי האבנים שנאמר בארץם בארכ' א' אתם משתחוים על האבנים אבל אתם משתחוים על האבנים המפוזלות במקדש :

IX. Hæc de reliquis locis capienda : in sanctuario autem licet Dominum adorare super lapide. Quia dicitur , In * vestris terris . *Levit.26.1. (hoc est ,) Nequaquam vos in terris vestris prosternetis super lapide , ut (prosternetis) super sanctuariorum lapide glabro & nullam effigiem habenti .

In sanctuario autem licet Dominum adorare super lapide .] Quia lapis illic nullam habeat effigiem , ac nullus ignorat , hic soli Deo vero cultum exhiberi : at aliis in locis suspicari quis potest , idolis , aut ipsis lapidibus , cultum præstari .

וּמִפְנֵי זֶה נָהָנוּ כָל יִשְׂרָאֵל לְהַצִּיעַ מְחֻצָּלוֹת בְּבַתִּים כְּנָסִיּוֹת הַרְצׁוֹפוֹת בְּאָבָנִים אוֹ מִינֵּי קַשׁ וְחַבּוֹן לְהַבְּדִיל בֵּין הַחַנִּין וּבֵין הַאֲבָנִי וְאַם לֹא מֵזָא דָבָר מְבָדִיל בֵּינוֹ וּבֵין הַאֲבָן הַוּלָץ לִמְקוֹם אֶחָר וּמִשְׁתְּחוֹרָה אוֹ שָׁוֹחָה עַל צְדָוָה וּמִתָּהָ כְּדַי שְׁלָא יַדְבִּיק פָּנֵי בָּאָבָן :

יְאֵן כָל המשתחוֹת לשם על האבנים המפוזלות בלא פישוט ידים ורגלים אינו לוקה אלא מכין אותו

X. Hanc ob caussam solebat omnis Israel in synagogis , quæ lapide essent substratae , storeas sternere , aut straminis genus , quo inter ipsos , & lapides , aliquid intermediate foret . Quod si deesset , quo lapides congererent ; alium in locum ibant , atque ibi se prosternebant , vel in latus inclinabant , ne facie lapides contingerent .

XI. Quicumque Deum adorat super lapidibus glabris , effigiem nullam habentibus , nec id faciat manibus pedibusque extensis ; non

מכת מרודות אבל לעכ'ום
אחר השתחוויה בפיישוט
דים ורגלים או בלי פישוט
דים ורגלים משעה שכובש
פנוי בקרקע נסקל :

vapulat, sed rebellionis ictibus percutitur. At idolatriam exercens, ubi se prostraverit, sive manibus pedibusque extensis, sive iis non extensis, ab ea hora, qua faciem solo admoverit, lapidandus erit.

Non vapulat, sed percutitur ictibus rebellionis.] חכ' מרדות ictus rebellionis infliguntur ob transgressionem præcepti, ut loquuntur, affirmant; id est, cum Deus jubet aliquid facere, & negligit homo. Tales percutiebantur, non XL ictibus, ut cæteri, qui ^{ל' עטפה} id est, ne facias, seu interdictum transgressi erant; verum usque dum exspirarent. Eadem poena quoque statuta erat in eos, qui Rabbinorum statutis non parebant. Vide Aruch.

יב הנוטע אילן אצל המובה או בכל העורבה בין אילן סרק בין אילן מאכל אעפ' שעשו לנו למקדש ולירופ' הריו והLOCKה שנאמר לא חטע לך אשורה כל עין אצל מובהה אלהיך מפני שהיה זה דרך עכ'ום נוטען אילנות לצד מובה שללה כדי שיקבזו שם העם :

**Dens. 16. 21.*

יג אסור לעשות אבסדראות של עין במקדש כדרך שעשין בחצרות אעפ' שהוא לבניין ואין עין נטווע הרחקה יתרה היא שנאמר כל עין אלא כל

XII. Qui arborem juxta aram plantat, vel in atrio; sive arbor ea sterilis, seu frugifera fuerit; quamvis id fecerit, quo templum ornatus pulchriusque redderet; nihilominus plectendus est. Quia dicitur, *Ne * plantes lucum qualiscunque arboris juxta aram Domini Dei tui.* In caussa est, quod mos ille idolatriæ esset, plantare arbores secundum altare suum, ut ibi populus congregaretur.

XIII. Vetitum etiam in templis facere è ligno porticum intercolumniis distinctam, quomodo extrui atria solent; utcumque ædificii forma sit, nullaque plantata sit arbor: qua ratione plurimum receditur. Quippe dicitur, *Omne lignum.*

האכפראות והסכנות
היויצוות מן הכהנים שהו
במקדש של אבן היו לא
של עץ :

lignum. Ideoque omnia atria cum
intercolumniis , & perplexum o-
pus ad ramorum formam ex pa-
rietalibus procedens, è lapide, non è
ligno erat.

Vetitum etiam in templo facere è ligno porticum intercolumnio distinctam.]
Davidi de Pomis exponitur , ח' כסדרה
columnis. Vox haud dubiè facta ex ἔξεδρα , de qua pluribus non agam.
Vide quæ ad Middoth cap. 1. comm. v. , & vii , notavit vir ut gene-
re , animi integritate , doctrinaque egregius , ita præclare de Hebræis
literis meritus Constantinus l'Empereur.

*Qua ratione plurimum receditur .] Verba hæc , סרכק טריה ס' 6 , signifi-
care puto , Qui recessus valde est longinquus . Si mentem requiras , ea
idem notant , quod Latinis superabundans cautela est . Lex dixerat : Ne
plantes lucum qualiscumque signi apud aram Domini Dei tui . Hebræi non
modo arborem plantatam refugiunt ; sed & columnas è ligno factas ,
ac statutas . Scilicet ne ad illicita veniretur , etiam iis abstineri ju-
bent , quæ per se licita erant . Hinc in Pirke Aboth cap. 1 , § , 1 .
טטו . סיג לחרה
sepem facite pro lege . Vbi Sepem de traditionibus accipiunt , quæ
legis transgressione hominem arcent .*

פרק שבעי

CAPV T VII.

מצות עשה היא לאבר
עבודת כוכבים ומשמירות
וכל הנעשה בשבייה שני'
אבר ת Abedon את כל
המקומות כי אם כה תעשו
להם וננו' ובארץ ישראל
מצוה לרדוף אחריה עד
שנאבד אותה מכל ארצנו'
אבל בחוץ לארץ אין
אנו מצוים לרדוף אחריה

I N mandatis est, ut tollatur ido-
lolatria , & huic inservientia , &
quicquid ejus caussa fit . Quia dici-
tur , Perdendo * perdes omnia loca . Sic * Deut. 12. 2.
enim facietis illis , &c. In terra au-
tem Israelis persequi eos jubemur ,
donec ditione omni exegerimus .
Extra vero terram nostram non
jubemur eos persequi , præter-
quam iis in locis , quæ armis no-
stris subjecimus . Quia dicitur , Et
* perdetis nomen eorum ex loco isto . * Ibid. 12. 13.

אֶלָּא כִּל מָקוֹם שְׁנַכְבּוֹשׁ
אוֹתוֹ נָאָבֵד כִּל עֲבוֹדָת כֹּסֶם
שְׁבוֹ שְׁנָא' וְאָבְדָתָם אַת

שְׁמָם מִן הַמָּקוֹם הַהוּא בָּאָרֶץ יִשְׂרָאֵל אַתָּה מִצּוֹה לְרֹדֹף אַחֲרֵיהֶן
וְאַתָּה מִצּוֹה לְרֹדֹף אַחֲרֵיהֶן בְּחוֹזָה לְאָרֶץ:

Extra vero terram nostram non jubemus eos persequi.] Mens autoris est, teneri Israelitas ex terra sancta extirpare idola, & ministros ejus, atque adeo omnem illorum memoriam. At in cæteris, quæ subigerent, locis, tantum obligat eos ad amovenda idola.

בְּעֲבוֹדָת כֹּסֶם וּמִשְׁמָשָׂה
וְתִקְרוֹבָת שְׁלָה וְכָל הַנְּعָשָׂה
בְּשִׁבְילָה אָסּוֹר בְּהַנְּאָה שְׁנָא'
וְלֹא תְבִיא הַוּבָה אֶל בֵּיתךְ
וְכָל הַנְּהָנָה בְּאֶחָד מִכְלָל
אֶלָּו לְוקָה שְׁתִים אַחַת
מִשּׁוּם וְלֹא תְבִיא וְאַחַת
מִשּׁוּם וְלֹא יַדְבֹּק בַּיָּד
מְאוֹמָה מִן הַחֲרָס:

* Deut. 7. 26.

* Ibid. 13. 19.

II. Idolis, & eo quod illorum usibus servit, quodque oblatum illis est, omniue eo, quod illorum caussa factum est, quæstum facere prohibemur: quia dicitur, *Neque*

* *adduces abominationem in ædes tuas.*
Quique uno omnium istorum quæstum fecerit, bis vapulat: pri-
mum propter verba illa, Non addu-
ces: iterum ob versiculum, Neque

* *adhærebit manibus tuis quicquam ex anathemate.*

Quæstum facere prohibemur.] formula Hebræis usitata, qua denotant, nec vendere rem aliquam, neque uti nos ea posse, quomodo cumque id fiat. Ita lapidibus delubrorum idolis dicatorum, alias ad ædes extruendas, uti vetitum erat. Cibos quoque diis falsis sacra-tos religiose cavebant veteres Christiani. Vnde B. Martyr Iustinus, dialogo cum Tryphone Iudeo: Οπερ ὃχ τὸ σομένεσσι περάξαο οἱ λόρδοι ἐθνῶν Κλείστης τῷ εὐαγγελίῳ Πειριγόντες τὸ ποιητήν τὸ ὄλων Θεόν, αἰλαὶ πᾶσαι οἵμιας ἐν μαρτυρίᾳ μέχρις ἐχάτε θανάτου τὸ σομένεσσι τὴν τὸ μῆτε εἰδωλολατρῆσμα, μῆτε εἰδωλοθυτικὴ φαγεῖν. Quod in se admittere non audent, qui ex gentibus per Iesum Christum crucifixum cognoverunt conditorem rerum universarum Deum; sed cruciatum & supplicium omne potius

potius ad extremam usque mortem toleraverint, quam vel simulachra colant, vel simulacris immolata comedant. Subdit porro, pro Christianis veris haut duci oportere, qui eidωλοις vescantur. Quæ verba eo spectant, quia dixerat Trypho, esse Christianos, qui dicerent, iis se citra culpam, vel noxam, vesci posse. Sed vel beatus Martyr rigidius aliquanto locutus, vel verba ejus sic capere oportet, plane iis abstinentiam esse, si res ea scandalum sit præbitura. Quod fiat, si idolis oblata in eidōlēiā comedantur: ubi Sacerdotes in idoli honorem solent epulari. Ac propterea etiam videtur addidisse disertim, qui ex gentibus Iesum cognoverunt: nempe ut ostenderet, Iudæis ad Christum conversis licere quidvis edere extra eidōlēiōn. Sane rescriptum Apostolorum de abstinentia ab eidōlōfūtōis, quod est Actorum xv, 29. solum loquitur de iis, qui ex pago deditis feso Christo aggregassent. Optime hæc intelligi possunt ex beati Pauli epist. 1 ad Corinth. cap. viii, & x. Quæ inter se collata ostendunt, sanctum Apostolum voluisse, ut Christiani in eidōlēiā, seu fano, aut delubro idolorum minime comedant oblata idolis. Vnde ait cap. x. Αὐτοὶ τὸ εἴδην, δαιμονίοις τὸν, καὶ οἱ Θεῶν· καὶ τὸν θεῖον οὐκέτι δαιμονίων γίνεσθαι. Quæ immolant gentiles, demoniis immolant, & non Deo: nolim autem vos participes demoniorum esse. Rursum paullo post: Πάντει μοι ἔχεστιν, ἀλλὰ καὶ πάντα συμφέρει. Omnia mihi licent, at non omnia conferunt. Videantur tota duo capita, quæ allegavi. Porro ut Iudæi, & Christiani, eidōlōfūtōis, ita & gentiles ex hostia piaculari aliquid edere nefas habuere: uti & illa in cuius sanguine jusjurandum conceptum erat, quia execrationes in illius caput redundare credebant, qui violasset religionem jurisjura di. Vnde tales hostias ab indigenis defossas, ab peregrinis in mare projectas, docet Eustathius: Ταῦτα δρόμοις σφραγαζομένα, inquit, οἱ μὲν ἐγκάραροι κατάρρυπον, πούποντες τὸν γῆν· οἱ δὲ ἐπήλυδες καὶ χῆμα σύνηστοι, οἱ δὲ διάδημα δρόμοιον, οἵ τε κατέπειραν δῆλον ἔσαι, οἱ πλιόνοι σφραγαζομένης πάθος βασιλεὺς, γένασθαι τὸν διάδηματον λέποι. Idem rursum: ἐπεὶ τοῖς γε ἀρχαιοτέροις ἐσταύτηται λεπτομένος, ἐφ' οἷς δρόμον ἐποίησαν μηδὲ ἐδώδιμον εἶναι τοῦτον αὐτῷ φωτῶν.

Quique uno omnium istorum quæstum fecerit, bis vapulat.] In Mac-
cot, cap. iii, §, 2. vapulare is dicitur, qui διαβατός, id est, abominabile,
comederit.

ג בכמה שהקרויה
לעבורת כו"ם כולה אסורה
בנהארה אפילו פרשה
ועצמותיה וקרנינה וטלפיה
ועורה הכל אסור בנהארה
לפיקד אם היה בעור סימן
שידוע בו שוה העור
תקרובת כו"ם הוא כנו
שהיו עושים שקוראין קרע
עגול בצד הלב ומוציאין
לב הרין כל אותן העורות
שהן כך אסורים בנהארה וכן כל כיוצא בזה:

Cum rotundo foramine ex adverso cordis.] Tradit Maimonides in notis ad Misnajot, פ"ג ז"ב כ"ב ק"ז, hunc fuisse cultum gentilium. קוין עין מפניהם est species idololatre. Videntur gentiles (si Hebræos audiamus, qui tamen, unde illud hauserint, nescio) ad extrahendum cor animantis, foramen circuli, aut potius cordis forma fecisse; & si foramen illud per errorem in longum disruptum fuisset, illam pecudem pro inutili ad sacrificia habuisse. Habes idem in Aboda Zara, cap. 11, §. 4. רבן סימון בן גמליאל אומר בזאת סקרע מל' טבון טבון מסך מוחר Raban Simeon Ben Gamliel ait, quando incisura est orbicularis, prohibitas esse (pelles,) ubi oblonga, licitas. Pelles eæ, quibus incisura rotunda est, vocantur ibidem טורוח לבובין, pelles cordium.

ר מה בין עבודה
כוס של NOI לעכו"ם של
ישראל עבודה כוס של NOI
אסורה בהנאה מיד שנא'
פסלי אלהים תשרפון
באש משפטו נעשה לו
אלוה ושל ישראל אין

* Dent. 7.25.

IV. Quod discriminēt inter idolatriam gentilis, atque Israēlitæ? Idola gentilium simpliciter sunt prohibita ad quæstum. Quia dictum, *Sculptilia * Deorum eorum igne exurentur.* (Nimirum) simulac sculpta, pro Diis habebantur. At sculptili Israēlis non ante quæstum facere

**אָסָוֶרֶת בְּהַנְּאָה עַד
שְׁתַּעֲבֹד שְׁנָאָמֵר וְשָׁם
בִּסְתָּר עַד שְׁיַעֲשֶׂה לְהָ
דְּבָרִים שְׁבִסְתָּר שָׁהָם
עֲבוֹדָתָה וּמִשְׁמָשָׁי עֲבוֹדָת
כּוֹסֶם בֵּין שֵׁל נָוִי בֵּין שֵׁל
יִשְׂרָאֵל אֵין אָסָוֶרֶת עַד שְׁ
שִׁיחַתְמָשׁו בְּהַנְּאָה לְעֲבוֹדָה זָרָה:**

facere prohibemur, quām cultus ei exhibitus sit. Quia dicitur, * *Expo-* * *Ibid. 27. 15.*
suerit in occulto. Hoc est, donec in occulto servierit recepto colendi modo. Sed ea, quae inserviunt cultui idolorum, seu gentilium, seu Israelitarum, non sunt interdicta, priusquam in cultu ea more gentium fuere adhibita.

Idola gentilium simpliciter sunt prohibita ad quæstum,] Sumtum ex Aboda Zara cap. iv. §. 4. 4.
ט"ז מל נカリ טסורה מיד ומלי טראיל טינט טסורה עד סחפנד.
Non interpretor, quia verba eadem sunt. Cur *i.e. è manu* simulatque perfectum est, illicitum habeatur gentilis idolum; Israelitæ non antequam cultus ei exhibitus sit; ratio est, quia ille, ut ait Autor, id pro Deo mox habet; Israelita non item. Potest enim poenitentiâ duci, antequam colat. Vnde requiritur, ut prius idolum in occulto loco ponat; quia, publicè colere id metu judicum non ausus, videtur clam habere, ut colat. Constat autem, gentiles solitos quoque domi suæ habere simulacra deorum. Vnde Plinius tertio epistolarum libro: *Emi autem, non ut haberem domi, verum ut in patria nostra celebri loco ponerem.* Non mirum autem, Deum vetuisse, ne quis domi suæ haberet talia: quando & legibus apud Romanos cautum id fuit: *Separatim nemo habessit Deos: neve novos, sed ne advenas, nisi publicè adscitos, privatim colunto.*

**ה הַעֲשָׂה עֲבוֹדָת כְּזָם
לְאֶחָרִים אַעֲפָה שְׁהָוָא לְוקָה
שְׁכָרוּ מוֹתָר וְאֶפְיוֹלוּ עַשָּׂרָה
לְגַוִּי שְׁהָיָא אָסָוֶרֶת מִיד מִפְנֵי
שְׁאַיָּה נְאָסָרֶת עַד שְׁתַּגְמָרֶת
וּמְכוֹשֶׁת אַחֲרָן שְׁגָמָרֶת
אֵין בּוֹ שָׂוָה פְּחוֹתָה:**

V. Ejus, qui idolum aliis fabricat, tametsi ipse vapulet, merces tamen concessa est: imò etiamsi gentili illud idolum fecerit, ipsumque continuò prohibitum fit. Nec enim prohibitum est, nisi fuerit perfectum: ictus autem ultimus, quo perficitur, non censetur unius oboli.

Ejus, qui idolum aliis, &c.] Traditur idem in Gemara Aboda Zara

ט"ז מילך קה גרים לא נאך מלומכש וט"ו ית סוויה גודר אללומכה המכבים לחורון
cap. 1. §. 8. אכימ לחורון לית בה מוס כחוטה
operis. Quando autem consummatur opus? ictu extremo. Ictus autem extremus non
valet obolum. Mens est, idoli pretium licitum esse, quia quamdiu idolum
perfectum non est, nequeat opifex mercedem exigere. Et quia con-
summatur extreto ictu, pro illo autem ictu ne obolus quidem solva-
tur; esse licitam mercedem.

Ictus autem ultimus, quo perficitur.] חכם & אכום David de Pomis ex-
ponit סברין מילך קכת מל פצחן malleum campanæ à radice חכם i.e. percutere. Vnde
אכום, vel אכום, ictus, percussio.

ו הלוּקָה גְּרוּטוֹתָה מִן
הַגּוֹיִם וּמֵצָא בְּחֵן עֲבוֹדָת
כוּס אֶס נָתַן מְעוֹת וְלֹא
מִשְׁרֵך יְהוּדִים לְנוּיוֹוכְנָאֶס
מִשְׁךְ וְלֹא נָתַן מְעֻשָּׂה אַעֲפָ
שְׁמַשְׁיכָת נָוי קְוָה כְּמַקָּה
טְעוּת הָוָא נָתַן מְעוֹת וְמִשְׁךְ
יְלִיכָם לִיס הַמְלָחָה:

VII. Qui comparat sibi ferramenta à gentili, atque inter ea in-
venerit aliqua cultus idololatrici, si jam dederit pecuniam, ac nec-
dum (ille ferramenta) acceperit, reddet ea gentili. Vti & si acceperit,
ac necdum satisfecerit. Licet enim, simulatque acceperat, (verè)
possideat; (nihilominus tamen) hoc pro erronea emtione censem-
tur. Sijam dederit pecuniam, & (ferramenta) acceperit;
projiciunt ea in mare mortuum.

Qui comparat sibi ferramenta.] גְּרוּטוֹת sunt fragmenta ferri. Vnde Da-
vid de Pomis גְּרוּטוֹת exponit סברין מל מילך קכת fragmenta metalli. Vox hand
dubiè sumta à Graeca voce γρύπη, quod scruta Latinis, unde scrutarii,
qui omnis generis scruta & frivola vendunt. Confirmat sententiam
גרט מסחרות סכורי וסכרי ברול אמרqui, qui ait, סכרי יונן קומ ויס מהירין כל חייני מקכות כין זאכ
יקלסטו ויתקכטו ולטון יון קומ ויס מהירין כל חייני מקכות כין זאכ
Clavifragi, & fragmenta ferri, quæ collecta & coacerwata sunt. Vox Graeca.
Sunt qui dicant, esse omnem speciem metalli, sive argentum, seu aurum sit.

Si jam dedit pecuniam, & nondum accepit.] In Sulchan Aruch Halachoth
sect. 142. legas, contractum verbis non consummari, quam-
vis testes adsint; sed varias requiri conditions. In rebus immobilibus
quidem, ut emtor vendenti det nummum, licet tantum obolus sit, in
testimonium emtionis. II. chirographum. III. ut possessionem capiat:
i.e. præ-

i.e. præsente venditore in re emta destruat, vel mutet aliquid: quemadmodum si, emtâ domo, partem aliquam ejus destruat, vel dejiciat, aut instauret, vel simile quidpiam agat. IV. ut vas aliquod (non aliam rem) det, quæ signum sit peracti contractus. In jumentis, aut bestiis requiri, ut vel ea attollat, vel ex loco, in quo erant, abducatur. In rebus autem mobilibus; ut eas vel tollat, vel ex loco suo auferat, vel denique vas aliquod det, quod signum sit consummati contractus. Hoc loco ait Maimonides, si quis ferramenta emens, pecuniam dederit, & ea nondum acceperit; aut ea acceperit, & pecuniam non dederit; nondum contractum pro rato haberi. Quamvis, ut ipse ait, *חַמְפִּיכָּה כְּנוֹן קַוָּס*, i.e. emtor accepta re, quam emit, eo ipso tempore possessor fiat. Sed ratio irriti hujusmodi contractus est, quia fraus fuit: nam idololatrica ferramenta ignarus emit: à contractu autem abesse debet omnis dolus: ut testatur Maimonides in Iad Chazaqua Halachut Mechira cap. xv. At si & merces acceperit, & simul pecuniam dederit, rescindi contractus nequit, eoque ipse possessor manet. Et quia vendere ea, aut in usum suum convertere nequit, abjicienda sunt in mate.

VII. Sic etiam, ubi gentilis, & Israelita peregrinus adeunt hæreditatem patris sui gentilis, dicet gentili peregrinus: Accipe tu idolis dicata; ego pecuniam sumam. Tibi vinum cedat libationis; mihi fructus. Quod si eorum hæreditas obtigit peregrino, vetita sunt.

Sic etiam ubi gentilis, & peregrinus.] Hæc iisdem verbis legas in Codice Demai, seu de rebus dubiis, cap. vi, §. 10. Ratio autem, ob quam permutatio ista concedatur, est, ne de more hæreditatis paternæ ad paganismum iterum delabatur. Sed hoc tantum licet, quamdiu nondum in possessionem ejus venerit: ubi semel possedit, nefas est: nam sic ex rebus idololatricis quæstum caperet.

ח צורות שעשאים נois
לנוי מותרים בהנאה וצורות
שעשאים לעבודת כ"ם
אסורין כי"ר כל הצורות

VIII. Imagines à gentilibus or-
natus caussa factæ, licitæ sunt ad
quæstum; prohibitæ, quæ cultus
ergo fabricatæ. Quemadmodum

הנמצאים בכפרות אסורים
בנהנאה מפני שחוקתם
של עבדות כוֹס הַנְּעָשֵׂין
והנמצאות במדינה אם
היי שעדרין על פתח
המדינה והיה ביד הצורה
אורת מקל או צפור או
כדור או סיף או עטרת
וטבעת חזקתו שהוא
לעבדות כוֹס ואסורה בנהנאה ואם לאו הריהוא בחזקתני
ומותר.

Quia solent esse ad cultum fieri. [טחוקת טרמיין] De voce consule Davidem de Pomis. Iurisdictionem & possessionem denotat. Item consuetudinem & receptum more. unde iuris statuunt hominem super consuetudinem suam. i.e. judicant eum טרמיין הטענישׁים secundum opera bona aut mala, quibus assuevit, multo tempore.

Vrbium portis impositae.] Moses Orientis videtur, ut Deum tutelarem portis urbium imponerent. Sinenses hodieque simulachrum Dei imponere iis testis Gonzalus Mendoza de Sinensium moribus lib. II. cap. 11. Existimat autem Maimonides, simulachra publico loco collocari ad cultum.

Si in manu fuerit forma virgæ.] Colligit hic Maimonides indicia, unde quis conjicere possit, utrum simulachra ad cultum, an solum ad ornatum facta sint. Primo loco virgæ meminit: de qua in Gemara Aboda zara cap. I. §. I. כל טרור שטן קחת כל כתולס כוֹס מקל. Ita enim haec transferenda sunt. Nam, ut ait Raschi in notis verbis ignominiosis, (seu ad contemtum) utitur, & vult, quæ dominatur supra omnem. i.e. cum Gemara vellet dicere, כל טרור על כל כתולס. Nam alioqui haec constructio non satis sit congrua.

Vel avis.] Nam, ut in v. Aen. ait Servius, nulla avis caret consecratione, quia singule aves numinibus sunt consecratae. Solitum quoq; Homero,

Deos

Deos avibus comparare: unde Eustath. ad Il. II. Σωμήτες τῷ πιητῇ ὄρνισιν ἐξομοιουτὸν παρ' αὐτῷ Θεοὺς, καὶ ἐστὶ τοῦτο σεμνότερον. οἰκεῖα γὰρ θεοῖς ψευδίοις ταῦτα οὐ πιπέτη. Consuetudo est poetae, avibus assimilare, quos pro Diis habet. Estque hoc iis dignius: quia altivolantia sunt cœlestibus propria. Hinc & Porphyrius stellis aves immolandas existimavit. Et Ægyptii, teste Oro Apolline, Θεὸν έχλόμενοι ομηῆναι, ιεράνα ζωγραφίσαι. Volentes significare Deum, accipitrem pingunt. Et apud Eusebium lib. I. de Præparatione Euangelica cap. ult. legas: Ζωροάσπης ἢ ὁ Μάγος εἰ τῇ ιερᾶ συναγωγῇ τῶν Περσικῶν Φησὶ καὶ λέξιν: Οὐ δὲ Θεός ἐστι καὶ Φαλλός ἔχων ιερεῖς. At magus Zoroastres ad verbum sic ait in sacris collectaneis de rebus Persicis: Deus verò caput habet accipitris. Complexus igitur hoc avis vocabulo Maimonides videtur Deos istos, quibus avis appingeretur. Vti Iovem, cui aquila; Minervam, cui noctua; Iunonem, cui pavo; Apollinem, cui corvus, appingi solebat. At in Gemara Aboda zara cap. IIII. §. I. causa redditur, quid avis imago apud idolum notet ad verbum, quae occupat seipsum sub tuto mundo, ut avis: Sed mens est, quæ, ut avis, alas suas extendit super mundum, eumq; velut protegit. Nam, ut suprà notavi, ἡγετής, ad contemtum est prolatum. Sed non intellectus Autor Gemaræ, quid sibi avis vellet, quæ statuis solebat adjungi.

Vel gladii.] Qui non Marti modò sacer, sed etiam Themidi erat: ut Clemens Alexandrinus testis Admonitione ad gentes. Vbi quatuor ejus Deæ arcana refert symbola; origanum, lucernam, ensem, & pectinem, sive τὸ αἰδοῖον γυναικεῖον.

Vel pileæ.] Fortassis Fortunā designat, aut Iovem; qui, ut orbis Dominus, cū globo pingi soleat. Vnde Gemara loco supra citato כדור תחומם נִהְיָה מִצְרָאָה קְהֻתָּה כָל תָּוְלַשׂ כָּל כְּדָרָן Que complectitur totum mundum, ut globus.

Vel coronæ.] Bacchum constat coronatum fingi, ut eum forsitan sīgnet. Nisi potius capiendus Iupiter, rex hominumq; Deumque. Sanè corona hic, ut signum imperii, ponitur; uti est in Gemara Aboda Zara cap. IIII. §. I. Nam inquit est כדורתְּהַנְּמָה כָּבֵב ut corona canis. Vox canis usurpatur pro ρύν Rex, per contemtum; ut notat ibidem Raschi. Nec corona solum Deorum erat: sed coronati quoque, qui Deos colerent. Vnde Lucian. de Dea Syria: Βαμὸς ἐσεπταὶ ἀεὶ, καὶ θυάματα ἔχει. πόλεος ἢ καὶ ἑκάστης ἡμέρης καὶ ἐυχετεῖς αὐτὸν νηχόμενοι, σεΦανηΦορέουσι. Ara semper coronata est, & suffitius habet: multique singulis diebus eo natantes ad procandum coronas ferunt. Hunc coronarum usum gentilibus objectat

Iustinus Martyr in Apologia, ut alios taceam. Sed & victimæ corona-
ri solitæ. Maro 11. Æn.

Et false fruges, & circum tempora vittæ.

Et ibidem de Minervæ simulachro :

Virginea ausi divæ contingere vittas.

ט צלמי כ"ס הנמצאים
מושלמים בשוקים או
בתוך הנגרותאות הרו' אלו
מוחדרין ואין צרי' לומד
שברוי צלמי'ן אבל המוצא
עבודת כ"ס או רגלה' או
אבר מאבריה מושליך הרו'
זה אסור בהנאה' הויל
ידע בודאי' שווה האבר פן
הצורה הנعبدת הרו' היא
באיוסרה עד שידע לו

שהנויס בטלוה :

*Imagines idololatricæ, quæ abjectæ in plateam.] Imagines in plateam con-
jectæ, aut inter scruta repertæ, licitæ sunt; quia duplex in iis dubitatio
est: prior, utrum unquam cultæ fuerint, (nam potuere ornatus tan-
tum caussa fieri) altera utrum per contemtum à gentilibus sint abjectæ.
At imago stellæ, aut planetæ, vel membra ejus, quamvis projecta sit,
vetita est: quia tales tantum cultus causâ fiunt. Eoque una modo du-
bitatio est, an à gentilibus per contemtum, & quasi indignæ religione,
rejectæ sint.*

*Nec dicere opus.] וְיַדְרֵךְ לֹוָר phrasis Rabbinica, quam Latinè ex-
presseris: Manifestius est, quam ut admoneri oporteat: vel, Hinc, utut non dis-
catur, sequi quisque videt, &c.*

המוצא כלים ועליהן
צורת חמה ולכנה ודרקון
אם היו כל' כסף וזהב

IX. Imagines idololatricæ, quæ abjectæ in plateam, vel inter scruta
repertiuntur, licitæ sunt: nec dicere opus, ea esse idolorum fra-
gmenta. Sed cum invenitur manus
idoli, aut pes, aut aliud quodlibet
è membris, quæstum inde facere
est nefas: quandoquidem certò
constat, esse membrum imaginis,
cui quondam cultus præstitus sit.
Eoque vetitum, usque dum con-
stet, (idolum) à gentilibus esse
abolitum.

X. Si inveniantur vasa imagine
Solis, Lunæ, vel draconis signata,
eaq; sint argentea, vel aurea: vel (si
reperiantur sic signata) vestimen-
ta coc-

או בגדיו שני או שהו חקוק' על הנומיים ועל הטעות הרוי אלו אסוריין ועל שאר הכלים מותרין מפניהם שחוקתן לנו וכאן שאר הצורות הנמצאות על כל הכלים חוקתן לנו ומותרין :

Si inveniantur vasa, &c.] Eo prohibita vasa imagine ejusmodi insignita, quia illis libari Deo illi, vel heroi, cuius imaginem haberent, soleat. Hujusmodi crateres vel scyphos dixerunt *sigillatos*. In quibus religionem posuisse gentiles, satis indicat hoc Ciceronis vi. in Verrem : *Apposuit patellam, in qua sigilla erant egregia : iste continuo, ut vidit, non dubitavit illud insigne penatum hospitaliumque Deorum, ex hospitali mensa tollere.* Porro non Deorum modò, sed heroum quoque imaginem aut gesta in scyphis, quibus libare mos Diis, cælari solere, indicat Statius Papius lib. i. Theb. vers. 540.

-----*Pateram famulos ex more poposcit,
Qua Iasides libare Deis seniorque Phoroneus, Assueti.*

Cui pateræ Persei gesta insculpta erant. Verùm non arbitror, Hebræos putasse tales scyphos esse illicitos : nisi heroes illi in Deorum essent numerum relati.

Imagine Solis, vel Lune.] Nec tamen vas illicitum, cuicunque Solaris circulus vel Lunaris insculptus : sed, ut Maimonides ipse explicat in Misnaiot, si ex gentilium ritu id fiat : ut, si Sol, vel Apollo, exprimitur currui insistens, aut cum capite radiis cincto : cuiusmodi annullos plurimos cernere est in Dactyliotheca Abrahami Gorlæi.

Vel draconis.] Draco in Aboda Zara cap. 111. dicitur esse figura serpentis, collo tenus, squammosi, instar piscis. Draconem autem divinitatis fuisse symbolum, vix ulli puto ignotum.

Vestimenta coccinea.] Ab Hebræis in Rabot traditum est, Mardonchæum eò se Hamani prosternere noluisse, quia vestis ejus intextam haberet falsi Dei imaginem. Sed hoc similibus eorum commentis accendendum. Solere tamen gentiles, etiam Deorum gesta vestibus eorum intexere, vel argumento erit Palladis ille peplus, quem Maro, vel alius, in Ciri describit.

Monilia.] Monilia à fronte usq; ad nares dependentia. Hieronymus in Ezech. xvi. 12. *Verbum Ebraicum NEZEM*, excepto Symmacho, qui interpretatus est, ὁπλίνιον, omnes inaurum transstulerunt: non quo inaurum ponantur ipi naribus, quæ ex eo, quod de auribus pendeant; inaurum vocantur: sed quo circulus in similitudinem factus inaurum, eodem vocabulo nuncupetur. Et usque hodie inter cætera ornamenta mulierum, solent aurei circuli in os ex fronte pendere, & imminere naribus.

Cætera vasa.] Omnia, inquit, vasa, præter aurea, & argentea. Sed quid si eadem imago in fictilibus? Nam & istorum usus in sacris; præsertim apud priscos Romanos. Imò & in Codice Aboda Zara cap. 11. 9. 4. inter ea, unde fructum capere nefas sit, reponuntur vasa fictilia Hadriani: quæ puto vasa fuisse, quibus Hadrianus, vel Cæsares Romani, uterentur ad libandum Diis vinum.

וְאֵת עַכּוֹס וְמִשְׁמְרָה:
 וְכָל הַתְּקוּבָת שֶׁלְהָ
 אֲסֻרִין בְּכָל שָׁהָן כִּיצְדָּ
 עֲבוֹדָת כְּיֻם שְׁנָתְעֲרָבָה;
 בְּצָרוֹת שֶׁל נָוִי אֲפִילָוּ
 אַחַת בְּכָמָה אֱלֹפִים יוֹלִיךְ
 הַכָּל לִימָם הַמְלָח וְכָنָ אַסְ
 נְתָעָרֵב כּוֹם שֶׁל עֲבוֹדָת
 כְּיֻם בְּכָמָה כּוֹסָות
 אוֹ חַתִּיכָה מִן הַבָּשָׂר
 שְׁנָתְעֲרָבָה בְּכָמָה חַתִּיכָות יוֹלִיךְ הַכָּל לִימָם הַמְלָח:

Quamvis unum inter multa millia sit, omnia illa.] Cur ita statuatur, caussa est ista, quod frustum idolorum cultui destinatum, si aliis permisceatur, illa etiam contaminet: præsertim cum discerni non possit à cæteris, eoque grave sit periculum, ne pro licito comedatur, quod edere est nefas.

יְבָ וְכָנָ שְׁנָתְעָרֵב בְּכָמָה עִירֹת הַכָּל
 אַסּוֹר בְּהַגָּהָה עַבְרָ וּמִכְרָ

XII. Itidem si pellis perforata pellibus sit aliis admixta, usus omnium earum est interdictus. Si quis

DE IDOLOLATRIA.

עובדות כ"ס או אחד ממשמיה או תקרובת שלה הרי הרים אסורי בנהאה ואסורי בכל שהן בעבודות כ"ס שנאמר והיית חורם כמוון כל מה אתה מביא מעבודות כ"ס ומכל משמשיה ותקרבתה הרי היא כמוריה;

quis adversus legem idolum , aut aliquid ejus cultui inserviens , vel quod ei offeratur,vendiderit:contracti inde usus quantacunque summa fuerit , haut minus quam idolum ipsum,prohibetur. Quia dicitur : * *Et erit anathema,sicut ipse.* Quicquid ex idolis,vel ejus cultui inservientibus sumitur, item oblationes ejus, instar idoli habentur.

Pellis perforata.] De qua dictum §.3.

Si quis adversus legem vendiderit,&c.] Haustum ex 11.cap. Kidusin.

יג עבדות כ"ס או אשרה שנשraphה אפרה אסורה בנהאה ונחלת של עבודה כ"ס אסורה והשלבהת מותרת מפני שאין בה ממש :

XIII. Vfus cineris ex idolo, aut luco combusto , prohibitus est. Pruna quoque idololatrici cultus vetita est. Flamma autem concessa : ut cui nihil insit solidi.

יד ספק עבודה כ"ס אסור ספק ספקה מותר כי"צ כום של עבודה כ"ס שנפל באוצר מלא כסות כלן אסורת מפני שעבודת כ"ס וכל משמשיה אסורי בכל שהן פירש כום אחר מן התערובת ונפל

XIV. Ea, quae suspicio est ad idololatricum cultum pertinere, prohibita sunt. Sed licita, de quibus suspicio est , ea ad illud pertinere, de quo suspicio est. Exempli gratia. Si calix idololatrici cultus inciderit in capsam aliis calicibus plenam,cuncti sunt prohibiti;quia idola,& quæcunque cultui eorum inserviunt,interdicuntur, quanta-

N cun-

R. MOSES MAIMONIDES

לכוסות שנימש הרי אלו
мотרין

cunque fuerint. Si quis vero unum ex mixtis illis calicibus desumserit, atque is (infortunio) in calices secundarios inciderit, hi erunt concessi.

Sed licita, de quibus suspicio.] Disputant viii. cap. Zebachim Rab, & R. Simeon: ille licitum contendit, hic illicitum, usque ad finem mundi.

טו טבעת של עבירות
כו"ס שנחרבה בכם
טבשות ונפלו שתים מהן
לי"ם הנדרול הותדו כו"ן
שאני אומר אותה הטבעת
היתרה בכלל השתיים
נחרבה במאה ונתחלקו
ארבעים למקום אחד
וששים למקום אחר
ונפלו הארבעים כו"ן ל
لطבעות אחרות כלו
мотרות שאני אומר אותה
הטבעת האסור ברוב היא
נפלו הששים לטבשות
אחרות כו"ן אסורות:

XV. Si annulus idololatricus aliis multis annulis fuerit permisus, ac duo eorum in mare magnum inciderint; omnes liciti sunt: quia dicere liceat, annulum illum idololatricum fuisse alterum illorum, qui mari inciderint. Si mixtus fuerit annulis centum; atque isti dividantur in partes duas, ita ut hinc sint annuli xl, inde ix; xl autem annuli misceantur aliis ab illis sexaginta: universi isti erunt concessi; quia dicere possis, annulum vetitum esse in parte majori. Sed si ix illi in alios, atque alios, & hi, & isti, sunt illiciti.

Si annulus idololatricus.] Quæritur, cur si ex seni annulis, in quibus unus sit idololatricus, duo in mare ceciderint, quatuor salvis; præsumatur, ex duobus deperditis, non item ex quatuor salvis, esse idololatricum illum; utcumque existimari possit, potius esse in numero majori, quam minori: & tamen, si seni sint annuli, quorum unus idolorum cultui dicatus; atque hi in duas dividantur partes inæquales, ita ut hinc duo sint, inde quatuor; præsumatur annulum idololatricum potius esse in parte majori; eoque pars minor, hoc est ea, in qua duo annuli, pro licita habeatur. Nempe eo spectâsse videntur, quod in suspitione prima

prima debeat sisti, ne suspicio suspicionem gignat, & illa aliam, atque aliam, & ita in infinitum. At cum è senis annulis duo non dico, in flumen, aut puteum, unde aliqua eos recuperandi spes; sed in mare Mediterraneum vel Oceanum prociderint, unde spes recipiendi nulla; suspicio est, in duobus illis desperatis annulis etiam fuisse idololatricum. Quid ergo, postquam suspicio est, annulum illum fortasse non amplius esse in rebus humanis, ita ut inde nemo possit inquinari, etiam aliam concipiamus suspicionem, quasi sit in annulis salvis, eoque usus eorum sit interdictus? Dispar verò ratio, si omnes annuli sint salvi. Nulla enim ratione tum evitaveris, quin si annulos in duas dividas portiones, & hic unam, & alter alteram obtineat partem; alteruter inde fructum capiendo, delinquat. Quare hic ita judicatum, in alterutra solùm parte esse posse: ac verisimilius videri, inesse majori parti, quam minori; eoque portionem, ubi quatuor, non esse licitam; at licitam esse partem, ubi duo solum; in qua idololatricum illum esse, minus fiat verisimile.

XVI. Si vel arbor ipsa culta
fuerit, vel positum sub ea idolum;
in umbra trunci ejus considere
prohibemur: at (sub umbra) fo-
liorum & ramorum licet. Si via sit
alia, transire sub ea nefas: sin alia
desit, cursim sub ea transeundum.
וְאִם יְשָׁלַח לְדַרְךָ אֶתְמֹתָר לְעַבְרָתָה תְּחִתָּה וְאִם אֵין שֵׁם
דַּרְךָ אֶתְמֹתָר עַבְרָתָה תְּחִתָּה כַּשְׁהוּא רַצְןָ :

Si vel arbor ipsa culta fuerit.] מטרס *hic pro arbore ponit, quod alioqui*
ἄλσος seu lucum notat. Notum, & arborem unicam sacrari sole-
re: unde de platano sic Theocritus in Helenæ epithalamio:

Γεάμματα δ' ἐν φλοιῷ γεγράψεπι, (ὡς παχών τις
Αὐγνοῖ) Δωρίζεται, Σέρρα μὲν Ἐλένας Φυτὸν εἰμι.

Literæ verò in cortice scribentur, (ut quis præteriens

Legat) Doricè: *Venerare me: nam Helenæ arbor sum.*

In umbra trunci ejus considere prohibemur.] Hæc, & quæ deinceps sequuntur, iisdem propè verbis leguntur in Aboda Zara cap. 111. Sed quod dicitur, nefas esse, ut sub umbra ejusmodi arboris sedeamus, id

non videtur ratione ullius ponderis niti. Siquidem Maimonides supra dixit, flammam ignis, idolorum honore accensi, licet am esse, *quia substantia caret*. Quanto igitur magis umbræ usus concessus! Nam flamma est fumus accensus. At fumus est corpus, etsi imperfekte mixtum. Vmbra autem non est corpus: unde poeta, * *Prensantem ne quicquam umbras*. Sanè umbra non est aër lumine carens, ut quidam definiunt (si enim aëris genus sit, corpus erit) sed est privatio, vel imminutio luminis in aëre ex opaci corporis objectu.

* Georg. 4.

**י' אפרוחים שכננו בהן
ואין צדיכים לאמן מותרין
והאפרוחים והביצים
שצרכינן לאמן אסורין
שהרי האשורה כמו בסיס
להן והקן עצמה שבראשיה
מותר מפני שהעוף מביא
עציו ממוקם אחר נטל
ממנה עזים אסורין בהנאה:**

Pulli in ea nidificantes liciti sunt.] Sumtum ex 111. cap. Metila. Extempore gentilium superstitione se ad ipsas aves usque. Itaque in templis nidificantes violare, aut inde tollere, nefas erat. Vnde apud Herodot. cum Aristodicus in templum, quod in Chio erat, veniens, nidos, & aves illic nidulantes abriperet, audivit vocem ex adyto: Αὐτοῖς ἀπόλετοι πάπαν, τί τέλε τολμᾶς ποιέιν; ταύτας ικέτας μου όχι τοῦ νησοῦ κατέχειν. *Impiissime mortalium, quomodo audes supplices meos ex templo diripere?* Ergo censebantur aves tunc, ut supplices; & templum iis, ut asylum erat. Ac par ratio in arboribus sacris.

**יח הסיק בהן את
התנור יוץן ואח"ב יסיק
בעזים אחרים של התר
ויאפה בו את הפת אפה
בו את הפת ולא צננו הפת**

XVII. Pulli in ea nidificantes, si matris non amplius indigi, liciti sunt: sin pulli matris egeant, hi, uti & ova, prohibentur: quia arbor iis est quasi basis, sive fulcimentum. Nidus, qui in ejus est cacumine, licitus habetur; quia materies ejus aliunde apportata. Nam si ex arbore ea fuerit, prohibetur.

XVIII. Si quis arboris talis materiem furno imposuerit, frigefieri eum patietur: nec priusquam lignis licitis denuo calefecerit, panem coquet. At si panis coctus, priusquam furnus frigefactus, panis u-

**אָסֹרָה בְּהַנֵּאָה נִתְעַרְבָּה
בְּאַחֲרוֹת יוֹלִיךְ דְּמֵי אֶתְתָּה
הַפְּתָלִים הַמְלָחִכִּים שְׁלָאָתָּה
יְהָנָה בָּהּ וּשְׁאָרְכָּהָן
מוֹתָרִין:**

nis usus interdicitur. Quod si panis ejusmodi aliis permixtus fuerit: contractum inde æs projicitur in mare mortuum, nequa inde capiatur utilitas: cæteri tamen panes sunt concessi.

Si panis coctus, &c.] Ex Veneta majori, verba hæc, quæ typographi culpa in minori desiderantur, supplevimus:

In mare mortuum.] Iam diximus de eo §.v.

**יְטָה נְטָלָה מִמְנָה כְּרָכָר
וְאַרְגָּה בּוּ אֶת הַבְּגָד
אָסֹר בְּהַנֵּאָה נִתְעַרְבָּה
בְּבְגָדִים אַחֲרִים יוֹלִיךְ דְּמֵי
אוֹתוֹ הַבְּגָד לִים הַמְלָח
וּשְׁאָרְכָּהָן כָּל הַבְּגָדִים מוֹתָרִין
וּמוֹתָר לִיטְעַת תְּחִתָּה יְרֻקּוֹת
בֵּין בִּימּוֹת הַחֲמָה שְׁהָן
צְרִיכָּן לְצַל בֵּין בִּימּוֹת
הַגְּשָׁמִים מִפְנֵי שְׁצַל
הַאֲשָׁרָה שַׁהְוָא אָסֹר עַמְּךָ
הַקְּרָקָע שְׁאַינְהָן נִאָסָרָת
נוֹרְמִים לִירֻקּוֹת אַלְוָן לִצְמָוח
וְכָל שְׁדָבָר אָסֹר וּדְבָר
מוֹתָר גּוֹרְמִין לוּ הַרְיִ וּזְהִ
מוֹתָר בְּכָל מָקוֹם לְפִיכְךָ
שְׂדָה שּׁוּבָלָה בּוּבָל עֲבוֹדָת
כוֹסָ מָותָר לְוּרְעָ אֶתְתָּה**

XIX. Si radio quis ex ea arbore sumto texuerit, usus vestis ex (tela) ista prohibitus est. Si vestibus sit aliis permixta, pecunia (inde acquisita) projiciatur in mare mortuum: cæteræ tamen vestes sunt concessæ. Permissum autem est olera sub ea arbore serrere, tam tempore aestivo, cum illa indigent umbrâ, quam hyberno. Quippe umbra arboris prohibita, & solum non vetitum, in caussa sunt, cur sata proveniant. Quicquid autem ex una re illicita, alteraque licita, producitur, id quovis loco licitum habetur. Ea de caufsa agrum fimo idololatrico stercoreatum fas est conserere. Vacca itidem leguminibus idololatricis saginata comedи potest. Ac par in similibus ratio est.

וְפָרָה שְׁפָטָמָה בְּכֶרֶשְׁנִי עֲבוֹדָת כָּסָתָה וְכָן כָּל כִּיּוֹצָא בָּוּהָ:

Permissum autem est olera sub hac arbore ferere.] Vide Aboda Zara cap. III.

כ בשר או יין או פרות שהכינים להקריבם לעבודת כוס לא נאסרו בהנאה אעפ' שהכנים לשם לעבודת כוס עד שיקריבו לפניה הקריבום לפניה נעשו תקרובת אעפ' שחווינו והוציאום הרי אלו אסורין ליעולם וכל הנמצא בבית עבודת כוס אפילו מים

ומלח אסור בהנאה מן התורה והאוכל ממנו כל שהוא :

Caro vinum, &c.] Vide Aboda Zara cap. II.

Nequid ex eo lucri petamus.] Nempe ab idolis & vasis idololatricis, usque adeo abhorrere oportet, ut abominationes hasce nolimus recipere, inque usum familiæ convertere : sed ad detestationem nostram significandam, ea absumamus flammis ; vel aliter perdamus ; ne vel memoria eorum superfit.

כא המזיא כסות
וכליים ומעות בראש כוס
אם מצאן דרך בויין הרי
אלו מותרין ואם מצאן דרך
כבוד הרי אלו אסורין כיון
מציא כוס תלוי בצוארו
כסות מוקפלת ומונחת על
ראשו כלי כפוי על ראשו
הרי זה מותר מפני שהוא

XX. Caro, vinum, aut fructus, non sunt ad quæstum interdicta, licet idoli sint cultui destinata, & jam illata ante illud, usque dum ei necdum sint oblata. Sin jam illi sint data, dicata : utcunque dein auferantur, nihilominus perpetuò prohibita sunt. Itidem quodcumque in delubro idoli reperitur, sive aqua, sive sal fuerit, lege, nequid ex eo lucri petamus, interdicitur. Ac qui aliquid inde comedenter, vapulat.

ומלח אסור בהנאה מן התורה והאוכל ממנו כל שהוא :

XXI. Si quis operimentum, aut vas, aut pecunias idoli capití impositas per contemtum, reperebit ; his uti licebit. Sin veneratio-
nis ergo id factum, prohibentur. Quemadmodum si invenerit col-
lo dependentem crumenam, ope-
rimentum duplex, aut vas inver-
sum capití impositum ; licita sunt illa, quia est species contemtus :
atque ita in cæteris. At si offen-
derit

**דָּרְךָ בֵּין וְכַן כָּל כִּיּוֹצָא
בָּוּה מֵצָא בֶּרֶאשׁוֹ דָבָר
שְׁכִיּוֹצָא בָּוּ קָרְבָּן לְגַבְּנָה
הַמּוֹבֵחַ הַרְיָה וְהַאֲסּוֹר :**

derit aliquid capiti impositum, simile ei quod in ara offertur : id interdictum est.

**כְּכָבֵד אֲבָזִים שְׁמַצְאָן
חוֹצֵה לִמְקוֹם עֲבוֹרוֹתָו אַכְלָנָה
מֵצָא בְּפִנִּים בֵּין דָרְךָ כְּכָבֵד
בֵּין דָרְךָ בֵּין בֵּין דָבָר
הַרְאֵי לִמּוֹבֵחַ בֵּין דָבָר
שָׁאַיָּנוּ רָאוּי כָּל הַנְּמַצָּא
בְּפִנִּים אֲסּוֹר אֲפִי מִסּוּס
וּמְלָח וּפְעוּר וּמְרוּקֻולִים כָּל
הַנְּמַצָּא עַמְּהָן בֵּין בְּפִנִּים
בֵּין בְּחוֹצֵה אֲסּוֹר בְּהַנְּאָהָה
וְכַן אַבְנֵי מְרוּקֻולִים וְכָל אַבְנָה
הַנְּרָאִית שְׁהָיָה עָמוֹ אֲסּוֹרָה**

בְּהַנְּאָה :

Apud Peorem.] Nam cum credatur ei sordidis rebus cultum præstari, ut superius dictum; dijudicari nequit, ecquid honoris ergo, an per ludibrium fecerint.

Vel Mercurium.] Quia nec hic discernere possis, utrum lapis appositus sit ex religione, an contemtu.

**כְּנָן עַכְ"ס שָׁהִיה לְהָ
מְרַחַץ או גִּנְחָן נְהָנִים בְּהָם
שְׁלָא בְּטוּבָת כּוֹהָנָם וְאַיִן
נְהָנִין בְּהָן בְּטוּבָתָם
הָיָה לְהָ וְלְאֶחָדִים נְהָנִים
בְּהָן אֲפִילוּ בְּטוּבָת כּוֹהָנָם**

XXII. Cæterūm hæc intelligenda sunt, si extra locum idolorum cultui sacratum reperiantur. Nam si intra ejusmodi locum inventantur, sive cum veneratione (reposita) sive per contemptum, sive item aræ idonea, sive secus; prohibita sunt, etiam aqua & sal. Quicquid verò apud Peorem, vel Mercurium, fuerit inventum, seu id intra sit, seu extra locum sacratum: usus ejus est interdictus. Proinde lapis Mercurio sacer, vel ei appositus, prohibetur.

XXIII. Si delubro fuerit balneum, vel hortus: uti eo licet, dummodo ne pro eo gratiae agantur sacerdoti. Cum gratiarum verò actione uti non licet. Sin locus is saeerdoti cum aliis fuerit communis, etiam gratias age re li-

וּבְלִבְדֵּךְ שֶׁלְאָ יַחַן שְׁכָרָ :

re licebit, modò merces nulla detur.

Sin locus is sacerdoti cum aliis fuerit communis.] Eo tum gratias agere conceditur, quia sacerdos consideratur non ut sacerdos, sed ut unus è multis.

D. 111. 7. 25.

כְּרָ מְרוֹחֵץ שִׁישׁ בָּהָ
עֲכוֹם מָוֵת לְרוֹחֵץ בָּהָ
מִפְנֵי שֶׁהָיא נָעֲשָׂת שֶׁלְנֵי
וְלֹא לְעַבוֹדָה שֶׁנֶּאֱלֹהִים
בָּזְמָן שְׁנוֹהָגִים בָּהָן מְנָהָג
אֱלֹהָות וְלֹא בָּזְמָן שְׁמַבּוֹן
אָוֹתוֹ כְּגֻון וְשֶׁהָיא עַמְּדָה
עַל הַבִּיבָּה וְהַכְּלָל מְשַׁתְּנִין
בְּפִנְיהָ וְאָסֵם הַיתָּהָ דָּרָךְ
עַבוֹדָתָה בְּכָךְ אָסּוֹר לִיכְנֵס

בָּו :

XXIV. In balneo, ubi idolum est, lavare se permittitur, quia id factum videtur ornamenti, non cultus gratiæ. Nam dicitur,* *Deos eorum:puta quando peragunt coram iis ritus divini cultus, non ubi illos contemnunt. Vti cum idolum infilat canali, & coram eo omnes urinam reddunt. At si cultus ejus hac in re consistit, eò intrare sit nefas.*

In balneo, ubi idolum, lavare se permittitur.] Aboda Zara cap. 111. narratur, R. Gamlielem reprehensum, quod se lavaret in balneo, in quo Veneris statua esset: eumque ad purgationem sui tria attulisse. Primum, quod balneum ad lavandum exstructum esset, & postea demum statua ibidem collocata. Deinde, quod statua ornatus, non cultus caussa istic loci posita esset. Postremo, quod statuae collocari solerent locis iis, quies cum munditia adorari possent; illic autem ablui fordes, & unumquemque lotium coram ea reddere. Ex his rationibus R. Moses primam, ut minus prægnantem, omisit.

כָּה סְכִין שֶׁל עֲכוֹם
שְׁחַתָּ בָּהָה הַרִּי וְהַמוֹתָה
מִפְנֵי שֶׁהָיא מְקַלְּקָל וְאָסֵם
הַיתָּה בְּהַמָּה מְסֻכָּנָה הַרִּי
וְהַאֲסֹורָה מִפְנֵי שֶׁהָיא

XXV. Idolis consecratus culter, quo jugulantur animalia, licitus est, quia perdit. Sin bestia in vita periculo sit, prohibetur, quia meliorem ejus conditionem reddit: eaque melioratio est ex usu eo-

מתוך וחרי זה התיקון
מהנאת משמי עכ"ס
וכן אסור לחזור בה, בשור
מן' שהוא מתוך ואם
חזרך דרך הפסד והשחתה
מותר :

eorum, quae ad idola pertinent.
Itidem interdictum est, eo carnem
præscindere, quia & illud melio-
rat. Quod si præsciderit perden-
di & corrumperi animo, pro li-
cito habetur.

Idolis consecratus culter, quo jugulantur animalia.] Hujusmodi erat, qui
Romanis secessita dicebatur. Vide, quae de eo ex Antistio Labeone re-
fert Festus Pompejus,

פרק שמיניו

כל שאין בו תפיסת
ידי אדם ולא עשו אדם
אעפ' שנعبد הרי זה
יותר בהנאה לפיכך ר'
הנויים העובדים את ה
ההרים ואת הגבעות ואת
האלנות הנטוין מתחלה
לפרות ואת המיעינות
הנובען לרב' ואת הבהמה
הרי אלו מותרים בהנאה
ומותר לאכול אותן הפרות
שנעבדו במקומות גדריהם
ואותה הבהמה אין צורך
לומר הבהמה שהוקצת לעכו"ס שהיא מותרת באכילה בין
שהקצוה לעבורה בין שהקצוה להקריבתה הרי זו מותרת :

Quicquid manus prehendi nequit, nec ab homine est confectum.] Ratio est,
quia ea, quae humano generi utilia sunt, iniustum fuerit ob quorundam
malitiam omnibus eripi. Sic Solis lumine privari non debent pii,
quia

R. MOSES MAIMONIDES

106 quia illo gentiles abutantur. Huc respiciunt, quæ cap. iv Aboda Zara §. 7. leguntur his verbis : מִלְאָלוֹת הַזְקִנִּים בְּרוּאֵי הָסֶן רְנוּמוֹ כְּעַד לְמַעַם הַיְמִינָה מִלְאָלוֹת לְפָנֵי הַיְמִינָה לְדַבֵּר מִלְאָלוֹת צְוָרָךְ מִלְאָלוֹת לְפָנֵי הַיְמִינָה בְּכָלְבִּדְלָגִים סִיסְמָטִים אֲחָתָהוּ לְפָנֵי הַיְמִינָה צְוָרָךְ לְחַמָּס וְלְלִבְנָה וְלְכֻכְבִּים וְלְמַזְוְלָה יְחִידָה טַוּלָה אַמְנִי סִיסְמָטִים אֲחָתָהוּ לְפָנֵי הַיְמִינָה צְוָרָךְ דְּבָרָה מִלְאָלוֹת צְוָרָךְ לְפָנֵי הַיְמִינָה בְּוּ וַיַּחֲזַקְתָּה יְחִידָה טַוּלָה אַמְנִי סִיסְמָטִים אֲחָתָהוּ לְפָנֵי הַיְמִינָה i.e. יְחִידָה טַוּלָה סִיסְמָטִים אֲחָתָהוּ קְדוּשָׁה סִיסְמָטִים סִיסְמָטִים סִיסְמָטִים : Interrogarunt sapientes Romæ, quandoquidem illi (Deo) displiceret idololatria, cur non aboleret eam : qui responderunt : si rem mundo non necessariam colerent, utique eam destrueret : nunc cum colant solem, lunam, stellas, ac planetas, cur perderet mundum suum propter insipientes ? Rursum dixerunt, si hoc ita esset, perderet saltem rem mundo non necessariam, reliqua eam, quæ necessaria. Ad hoc responsum est : immo verò opinio idololatrarum ita confirmaretur : quia & illi dicerebant, jam intelligitis illos esse Deos, qui non aboliti sunt. Ad rationem allatum referre possis, quod talia, & imprimis flumina, fontes, ac similia, publica sint : unde illud,

— *Vsus communis aquarum est.* Ea autem constitutio olim Iudeis valde fuit necessaria, peregrinantium caussa. Etenim poterant per loca arida proficiisci, ubi nulla flumina, sed tantum fontes essent : Durum sane iis fuisset, in siti extrema non posse uti aquâ fontis, quia ille consecratus esset ; uti omnes penè fontes sacri gentilibus erant : quin & amnium capita, ut vel liquet ex illo iv. Georg.

— *Ad extremi sacrum caput adstitit amnis.*

Et Horatii istoc od. 1. lib. 1. — *Nunc ad aquæ lene caput sacræ.* In caussa est, quod ab aquis alimonia sit, & incrementum. Quæ res magnum Dei est beneficium. Vnde & nationes cultum iis divinum tribuerunt : Ægypti sub nomine Osiridos : Romani Græcique sub nomine Neptuni, Amphitrites, Naiadum, & aliis : Peruani sub vocabulo Mamacocha.

Edere licet fructus illos in loco, ubi nati, cultos.] Hoc est, fructus natos in arbore culta. Nam quamdiu fructus sunt in arbore, quasi pars ejus sunt; ut dum arbor tota colitur, fructus etiam coli videantur. Non injuria fortè adversari his aliquis dicat, quod cap. vii. §. 17. dictum sit, homini nefas esse vel considerare in umbra sacræ arboris. Nam consequi inde videtur, multò minus licere comedere de fructu arboris consecratae. Neque enim umbra pars arboris dici potest : at fructus in arbore sunt haut aliter pars arboris, quam embryo pars matris censetur. Saltem similiter ea se habere, etiam est Stoicorum mens: de quibus sic Plutarchus lib. v. de Placitis Philos. cap. xv. Οἱ στωικοὶ τὸ ἐμβεβούν φασι μέρη θεῖαν τῆς γαστρὸς ὥστε τὰς

καρ-

καρπὸς μέρη τῶν φυλῶν ὄντες πεπαινομένες ἀπορρέουν, οὐτωχὴ τὸ ἔμβρυον.
Stoici aiunt, fætum in utero partem esse ipsius uteri, non animal: & sicut fructus
arborum partes dicimus, videmusque maturos decidere, sic & fætum. Censeo,
istis non melius occurri, quam si dicamus, eo specie Iudeos, quod
qui considerat sub arbore consecrata, videri possit istic hærere cultus
ergo. Omnis verò idololatriæ suspicio quoque est fugienda. At non
facile hæc oritur suspicio, si quis fructus edat, quos dixi. Neque enim
discernere est fructus arboris communis: atque ut constaret pluribus,
ex sacra arbore disceptos, satis liquet, αὐλῶς comedи, ut fructus; non
ut sacræ arboris fructus.

Comedi etiam posse animal, idololatricè sive ad cultum s.a.o.s.] Quod apud
Ægyptiorum antiquissimos fieri solitum, tradit in Euterpe Herodotus
cap. LXV. Νόμος γένει τῶν Ιηείων ἀδεέχων, Μελεδῶνοι δια-
δεέχεται τῆς τεοφῆς χωρὶς ἐκάστων, καὶ ἔρσενες καὶ θύλεα τῶν Αι-
γυπτίων, τῶν πάντων τοῦτο πατέος σκέψεται τὸ τιμήν. οἱ γένει τῷτοι
πόλισι ἐνασοι ἐνχάσι τὰς δέ σφις ἀποθέλεσσι, ἐνχόμβους τῷ θεῷ τῷ
ἄντῃ τῷ Ιηείων, &c. Consuetudo est, quæ de bestiis ita habet. Eas seorsim singulus
educandi curam Ægyptij, atque Ægyptiæ, suscipiunt: in quo honore filius patri
succedit. His bestiis unusquisque, qui in urbibus est, vota persolvit, supplicans illi
Deo, cuius ea bestia est. Addit Maimonides de segregatis ad oblationem:
quas Romani hostias eximias dixerunt. Nam, teste Macrobius Saturn. lib. III.
cap. V. Veratius in pontificalibus questionibus docet, eximias dictas hostias, quæ
ad sacrificium destinatae eximantur e grege; vel quod eximia specie, quasi offerenda
uminibus, elegantur. Hinc ait: *Quatuor eximios præstanti corpore tauros.*

ב בד"א שאין הבהמות
נאסרת כשלא עשה
ביה מעשה לשם כו"ם
אבל עשה בה מעשה כל
שהויה אסורה כיצד כנון
ששחת בה סימן לכו"ם
עשאה חליפין לכו"ם
אסורה וכן חליפי חליפין
מן שנעשית דמי כו"ם

II. Quod verò jumentum non
esse prohibitum diximus, id ita
capiendum, si quis eo nullum fe-
cerit opus, quod ad idoli cultum
pertineat. Aliter si est, qualecum-
que id opus, prohibitum eo nomi-
ne censetur. Ut si præsciderit ei
gulam, vel illud permutterit re qua-
piam inserviente cultui idolorum;
eadem fecit, ut sit interdictum:
ac similis ratio, si permutatum

בְּדָא בְּבַהֲמַת עַצְמֵי
אֶבֶל אָס שְׁחַט בְּבַהֲמַת
חַבְרוֹ לְכוֹס או הַחְלִיפָה
לֹא נָסְרָה שָׁאֵן אָדָם
אָסָרְךָ דָּבָר שָׁאֵןוּ שְׁלֹוּ:

illud altero commutetur, quia lumen est ex idoli cultu. Atque hoc accipiendum de proprio jumento. At si quis jumentum socii sui idolo obtulerit, vel re idolatria permutaret, non propterea inconcessum erit: quandoquidem nemini id potestatis, ut ex licita illicitam rem reddat alienam.

Si presciderit ei gulam.] [Ita vocabulum ἡγεμόνα transtuli, quod proprio signum notat. Quippe factum ex Graeco ὄφειον. Nisi malis deducere à signari, quod in S. Scriptura occurrit. Sed Rabbini quoque alia significazione usurpat. Nam סימין illis sunt gula, & guttur. Alioqui proprio vocabulo gulam, seu œsophagum, nuncupant וגד: guttur autem, vel asperam arteriam, per quam vox egreditur, קם. Vnde in libro Kol bo Halahoth Sechitah, seu de jugulatione cap. cvii. etiamsi κῶν πέντε σήπτες τανί σήπτην σήπην καθάπτε πιθατκό σήπης καὶ κῶν πέντε σήπτες τανί σήπτην σήπην καθάπτε πιθατκό σήπης καὶ κῶν πέנτε σήπτες τανί σήπτην σήπην καθάπτε πιθατκό σήπης καὶ κῶנμαι. *Quae est autem mensura jugulationis?* duæ Simain; videlicet œsophagus, & arteria aspera. *Jugulatio perfecta est,* ut præscindant penitus utramque. Proinde perfecta est, cum œsophagus, & arteria aspera, abscinduntur: imperfecta, cum ἡγεμόνα alterutrum, i.e. gula, vel guttur præscinditur.

ג המשתחווה לקרקע
עַלְם לֹא אָסָרְךָ
בָּהּ בּוֹרוֹת שִׁיחֵן וּמְעוֹרוֹת
לְשֵׁם כּוֹס אָסָרְךָ מִים
שֻׁקְרָן הַגְּלָל וּהַשְׁתְּחוֹה
לְהַן לֹא אָסְרֵן נְטָלֵן בִּידֵוּ
וּהַשְׁתְּחוֹה לְהַן אָסְרֵן אַבְנֵי
הָר שְׂנְדֵלְלוּ וּעַבְדֵן בָּמָקוֹם
כּוֹתְרוֹת שָׁהֵר אֵין בְּהַן
תְּפִסְתָּה יְדֵי אָדָם:

III. Qui se prosternit humi, non eo illicitum ejus usum facit: qui in ea puteos, foveas, vel antra idolorum gratiâ fodit, illicitam efficit. Qui aquas, quas fluctus expulit, se incurvando honorat, non eo illicitas reddit: quas tamen manu sustulerit, atque ita fuerit veneratus, illicitæ erunt. Saxum ingens monte erutum, si colatur, ubi situm fuit, non eo sit illicitum, quandoquidem manu nequit attolliri.

Qui

Qui se prosternit humi.] קְרַקֵּג עֲוָס proprius verteris, humum mundi, & denotatur humus, qualis natura est; non testis aridis structa ac pavita, non lateribus, aut silicibus, aut ligno strata, multoque minus pavementum tessellatum, musivum, vel asarotum.

Qui aquas, quas fluctus expulit.] Puta si allisu maris vel amnis quicquam in littore vel ripa sit relictum, ac ab reliquis aquis secretum.

Saxum ingens monte erutum.] רַלְלֶת est infirmari, suspendi: unde lapis emotus, aut qui sua sponte à monte recedens hiatum facit, vel ruinam minatur, nec satis firmus consistat. Habes hoc tertio cap. Aboda Zara.

ה י' שְׁדָא שׂוֹקֵף לִבְנֵי
להשתחוות לה ולא
השתחוות לה ובא נוי
והשתחוות לה אסורה
בהנאה שוקיפתא מעשה
וכן אם זוקף ביצה ובא
NEY והשתחוות לה אסורה
חץ דלעת וכיוציא בה
והשתחוות לה אסורה
השתחוות לחץ הדרעת
וחץ האחר מעורה בו הרוי
זה אסור מספק שם
וה החץ כמו יד לחץ
הנعبد:

IV. Si ab Israelita lapis fuerit erectus animo eum colendi, neandum tamen adoraverit; attamen gentilis accesserit, qui se illi incurvârit: lapidis illius usus est interdictus; quoniam erectio ipsa opus est malum. Itidem si ovum constituerit, atque id coluerit gentilis; usus ejus est interdictus. Si diffciderit cucurbitam, vel simile quippiam, seque ei incurvârit; usus est illicitus. Si dimidiam adorârit cucurbitam, neandum ab altera parte abscessam; etiam alterius partis usus est prohibitus; quia ea cultæ partis basis ac fulcimentum videtur.

Si ab Israelita erectus fuerit lapis.] Supra cap. viii. §. 4. vidimus, idola gentilium, simulatque consummata sint, illicita dici: at Israelitarum non antequam culta sint. Vnde quæri possit, cum autor §. 2. hujus capituli dixerit, in nullius esse potestate, ut res aliena ex licita fiat illicita; cur hoc loco lapis ab Israelita erectus, si solus gentilis tum adoret, nihilominus prohibitus dicatur. Ratio autem est, quia eo ipso actu erigendi Israelita videtur ostendisse gentili, hanc suam esse voluntatem, ut colatur.

Si ovum constituerit, &c. si dissipiderit cucurbitam.] Posterius hoc petitum ex Holin cap. iv. Non videntur autem hæc exempla de ovo, & cucurbita, à Maimonide eò allata, quia gentiles ea colerent: saltem nihil tale reperio; eoque censeo esse, quam dicunt Synecdochen speciei, certo posito pro incerto; ut dijudicari de cæteris posset. Quemadmodum juris periti subinde casus proponunt, de quibus dubites, an eveniant.

ה אילן שנטש
מתחילה שייה נعبد אסור
מהנהה וו ה'יא אשורה
האמורה בתורה היה אילן
נטוע ונדרש ופסלו לשם
כו"ס אפי' הבריך והרכיב
בגופו של אילן והוזע שרגני
קורת את השרגנים והם
אסורו בהנהה ושאר האילן מותר:

V. Arbore plantatâ cultus causâ uti est nefas. Ac hujusmodi est lucus, de quo Lex loquitur. Si arborem quispiam ad cultum idoli putaverit, vel inciderit, quamvis propago sit, & truncus inserta, unde rami pullulent, non tamen surculis illis præcisitis uti licebit: reliqua verò arbor non est interdicta.

[*Arbore plantata, &c.*] Sententia est, Arbor non redditur illicita, nisi cultus caufa fuerit plantata. Sed quid si arbor quidem non fuerit plantata ad cultum idoli: verum fuerit recisa pars, ac ramus aliis ejus loco sit truncus insertus ad idoli cultum: hoc est, ut fructus inde provenientes huic vel illi idolo offerantur? Ad hoc responderet Maimonides, surculos quidem illos, ut Tertulliani voce utar, ita propaginatos, atque item fructus in iis crescentes, esse interdictos: at verò concessum esse truncum arboris, quia illa primitus non fuit idolatriæ ergo plantata.

Quamvis propago sit, & truncus inserta. [בְּרֵךְ] David de Pomis interpretatur סָרֵךְ כנבר נבר טל גפן וסוגיו רלט קרבן במקום אחר Abscondere sub terra surculum vitis, ita ut alio loco ex terra seferat. הרכיכ est inserere, componere: unde inquit idem David de Pomis, מִרְכִּיכְ בְּרֵךְ פְּנֵי חַיִלְנֹת יִחְדָּר cum diversi generis arbores inserendo conjunguntur. Hinc illud, גַּם מִרְכִּיכְ בְּרֵךְ עַל גַּבְיוֹ עַל חַמְלָל Non inserunt arborem fructiferam arbori fructiferæ.

וְכָנְמַשְׁתָּחוּ לְאֵלֶּן
אַעֲפָ שְׁלָא נָאָסָר גַּנוֹפָו שְׁלָא
אֵלֶּן כָּל הַשְּׁרִגִּים וְהַצְּלִים
וְהַלְּוִבִּין וְהַפְּרוֹת שְׂיוֹצִיא
כָּל וּמְנֻשָּׂה נָעָבָד הָרִי
אַלְוָ אַסּוּרִין בְּהַנְּאָרָה :

V. Ita & cum quis adorat ar-
borem ; quamvis ejus truncus non
sit prohibitus ; omnes tamen sur-
culi ejus , folia , fl̄ores , & fructus ,
quamdiu ea colitur , ratione usus
interdicuntur.

Adorat arborem.] Quod à Peruanis fieri , testis Iosephus Acosta lib.v. cap.ii. Nisi forte id de vulgo verius , quam prudentioribus : uti Ægyptii porrum , ac cœpe , dicuntur invocasse ; qui tantum ea, ut Deorum symbola , venerati .

וְאֵלֶּן שְׁהָיו גּוֹיִם
מִשְׁמְרִין אֶת פְּרוֹתֵי וְאוֹמְרִים
שְׁהָם מִוּכְנִים לְעֹשָׂות שְׁכָר
לְבֵית כּוֹס פְּלוֹנִי וְעוֹשֵׂן
מֵהֶן שְׁכָר וְשָׁוֹתִים אֶתְהוּ
בַּיּוֹם אִירְם הָרִי וְהַאֵלֶּן
אַסּוּר בְּהַנְּאָה מִפְנִי שְׁסַתְּמוֹ
שְׁהָוִי אַשְׁרָה וְלִפְיכָךְ
עוֹשֵׂן בְּפְרוֹתֵי כְּךָ שְׂוֹה הַיִּזְרֵאֵל
חָוקָה שְׁלַא שְׁרָה :

VII. Arbor sit , cuius fructus
custodian gentiles , dictitantes eos
servari ad faciendum inde po-
tionem pro hujus , vel illius idoli
delubro : si de potionē ex iis con-
fecta biberint diē festo ; usus il-
lius arboris interdicitur. Hoc enim
quodammodo indicio est , arbo-
rem illam idolo esse sacratam , eo-
que fructus ejus usui esse juxta ri-
tum , qui est in lucis .

*Quia hoc quodammodo indicio est .] מִסְתָּחוּ מִפְנִי סְתָמָה סְתָמָה קְרֵמָה קְרֵמָה quia hoc subin-
dicat lucum esse . Mens Maimonidæ est : Si qua arbor sit , ex cuius fructu
se gentiles dicant potionem facere , ut bibant eam die festo : his ver-
bis (tametsi non nominent disertim arborem sacratam idolo) satis in-
nui , eam arborem idololatriæ caussâ plantatam esse , & tales , quæ
inter eas sit , quas vocabulum קְרֵמָה complectitur . Eo autem signifi-
catur , tum arbor unica falso numini dicata : tum sylva sacra , quam lu-
cum dicimus . קְרֵמָה , quod hic Auctor usurpat , David de Pomis exponit ,
כְּסָמָד חַזְקִיר חַזְקָה עֲנֵנָה מִס וְתוּנוֹ מִכְחָר עַל חַזְקָה טְנֵנָה סְתָמָה מִדְכָּר מִתְרוֹעָלָי . סְתָמָה
כְּסָמָד חַזְקִיר חַזְקָה עֲנֵנָה מִס וְתוּנוֹ מִכְחָר עַל חַזְקָה טְנֵנָה סְתָמָה מִדְכָּר מִתְרוֹעָלָי . סְתָמָה
cum aliquis meminit ali-
cuius rei , aut nominis , nec tamen diserte explicat , quā de re loquatur : (inter-
pretes)*

pretes) dicere solent, *סִקְוֹס*, *Sensus est, rem illam innui, non autem disertim expressam esse.* Nimurum dupliciter aliquid indicatur, vel disertim & apertere, vel obscurius, & sic, ut potius inde colligatur. Vt hic, cum ex effecto de causa conjicitur. Nam ait, si ex fructu arboris gentiles parent potionem, collige eam arborem illicitam esse, & plantatam eo fine, ut idolis sacra esset. Addit David de Pomis, hujus tropi speciem esse, cum נַר seu flumen, ponitur pro Euphrate : i.e. genus pro individuo aliquo, καὶ ἔχοχλος.

טומין כפרותיו כר צו כי קם סדרה.] Faciunt cum fructibus ejus juxta statutum lucorum. Censet Maimonides, gentiles fructibus arborum, quae sacræ essent, usos ad exprimentum liquorum, quem die festo biberent. Quod non temere alibi legas. At constat, plerumque lucos fuisse ex glandiferis & infructuosis arboribus : nimirum queru, ilice, abiete, fago, & aliis id genus. Nec obscura ejus ratio est, quandoquidem arbores haec sunt longissimæ, & umbras faciunt densissimas; unde arbores fructiferas, καλάς, sed infructiferas μακρὰς Homerus vocavit. Nihil autem ad majestatem arborum perinde facit, quam earum proceritas ; unde arbitror, vix aliis lucos constitisse. Maximè vero, cum lucum violare crimen tantum fuerit apud gentiles ; quis credat, frugiferas arbores fuisse ? quando eæ multos illecturæ erant ad decerpentes fructus ; atque id ubi fiat, rami facile frangantur. Præterea extremæ foret dementiae, cædere arbores frugiferas. In steriles facile aliquis injurius sit : quia vix ullum videantur homini usum præstare, nullum saltem ad alimoniam. Proinde de his cavendum severioribus legibus fuit. Nec tamen anxiè adeo ubique id terrarum observatum, ut ne ullæ arbores felices aliis miscerentur. Sanè in Ægypto & procerarum, ut dixi, arborum usus fuit : & tamen quædam iis frugiferæ circa templo. Fidem de utroque fecerit Herodotus in Euterpe. De priori sic loquitur : Εἴτε δέ ἐσωθεν ἀλσός δευδρέων μεγίστων πεφυτευμένων τοῖς νηὸν μέγαν· ἐν δὲ τῷ δὴ τώνταλμα ἐντεις autem locus est ingens maximarum arborum, plantatarum circa templum. Ac paulo post ἡρονομήκεα δευδρέα, arbores aërias, cœlogue caput inferentes, vocat plantatas ad viam, quam Mercurii templum aditum. At de altero colligimus ex eo, quod eodem libro dicat δευδρέα καὶ παρθέρος καὶ ἀφορτα πολλὰ, arbores tum frugiferas, tum infrugiferas multas.

ח אֵלֶן שְׁמֻמִידָן VIII. Arbor, sub qua idolum תְּחִתֵּי עֲכֹס כָּל וּמַן שְׁהִיא, est collocatum, quamdiu illud sub ea est,

חַחְתֵּי אָסָוֶר בְּהִנְאָה
ea est, ad usum interdictur. Vbi
נְטָלָה מִתְחַתֵּי הַרְיָה זֶה
verò id remotum, usus ejus con-
cessus, quandoquidem ipsa arbor
מוֹתֵר מִפְנֵי שָׁאָן הַאֲילָן
non est culta.
עַצְמָוֹ הוּא הַנְּעָבָד:

Arbor, sub quā collocatum est idolum.] Hoc intelligendum est de arbore, quae eo fine plantata est, ut sub eā collocaretur idolum. Alioqui enim sibi adversaretur Autor. Nam suprà dixit, arborem fructuum causam satam, tametsi colatur, licitam nihilominus esse. Cæterum quod ait, amoto idolo cessare arboris consecrationem, id contra Romanorum Græcorumque opinionem est, quibus lucus & citra idolum sacer erat.

ט בית שבנוו מתחלה:
שְׁהִיה הַבַּיִת עַצְמָו נָעַבְדָּ
וּכְן הַמְשַׁחְתָּה לְבַיִת בְּנֵי
הַרְיָה וְהַאֲסָוֶר בְּהִנְאָה הַיָּה;
בְּנֵי וְסִידּוֹ וְכִירּוֹ לְשֵׁם
כּוֹס עד שְׁנַחְרוֹשׁ נָוְתָלָ
מָה שְׁחִידָשׁ וְהַחְיוֹשׁ אָסָוֶר
בְּהִנְאָה מִפְנֵי שְׁעַשְׂאָהוּ
לְעוֹבָדוֹ וְשָׁאָר הַבַּיִת מוֹתֵר
הַכְּנִיס כּוֹס לְחַזֵּק הַבַּיִת
כָּל זֶמֶן שְׁהִיא שֵׁם הַבַּיִת
אָסָוֶר בְּהִנְאָה הַוּצִיאָה הַוּתָל
הַבַּיִת:

I X. Interdictus est usus domus exstructæ ad cultum idololatricum, vel cui quis se incurvârit. Quod si quis (alio fine) structæ tectorium induixerit, inque eo pinxerit idololatrici cultus ergo (interdictur) donec fuerit renovata. Cum amovetur, quod renovavit; illud quidem, quia factum est ob cultum idololatricum, prohibetur; domus verò conceditur. (Itidem) si idolum illatum est in domum; quamdiu hoc permanet, interdictur: ubi elatum est, permittitur.

Dum fuerit renovata.] Sive dum permanet in ea tectorium cum pictura idololatrica, quæ domum alio fine exstructam innovarant, aliquamque faciem, aliū quoque usum induixerant. Sed reducta veteri facie, hoc est, tectorio cum picturis abraso, domus ad civilem usum conceditur.

X. Item & lapide, cultus causa-
תְּחִלָּה לְעַבּוֹדָה אָסָוֶר;

בְּהַנָּאתִ הִתְהַצֵּבֶת
וְצִירָה וּכְיִרָה שַׁתְעַבֵּד
אֲפִילוֹ צִיד וּכְיִיר בְּגֻפֵּת
הָאָבָן וְלֹא צְדִיק לֹומר אָסֵט
כְּיִיר עַלְיהָ נוֹטֵל מָה שְׁחָדֵשׁ
וְהַוָּא אָסֵר בְּהַנָּאתִ הַוְּאֵיל
וּנוּשָׂה שַׁיְעַבֵּד וּשְׁאָר הָאָבָן
מָתוֹרָה אָבָן וְשְׁחָמָיוֹד עַלְיהָ
כּוֹסְהַרְיָה וּוְאָסֵוֹרָה כָּל זָמֵן
שַׁהְיָא עַלְיתָ סְלָקָה הָאָבָן
מִותְתָּה :

Si jam delatum quispiam calce incrusteret.] Si quis lapidem vulgarem, nec cultus causâ factum, tectorio incrusteret, & pictura exornet cultus idololatrici caussa: interdictus est lapidis usus, usque dum amoto tectorio, & pictura, lapidi vetus redierit facies.

אָמַר מֵשַׁה יְהָה בְּבַיתוֹ
סְמֹךְ לְעַכּוֹם וּנְפָל אָסֵר
לְבָנוֹתָו כִּידְרַעַת יְעַשֵּׂה כָּנֵס
לְתֹרֶן שְׁלוֹ וּבְנוֹתָה וְאוֹתָה
הַרְיוֹת מִמְלָאָהוּ קָזִים אוֹ
צְוָאָה כְּדֵי שְׁלָא יַרְחֵב
בְּבַית כּוֹסְהַרְיָה הַכּוֹתֵל שְׁלוֹ
וּשְׁלַכּוֹמְדָן מִחְצָה עַל
מִחְצָה מִחְצָה שְׁלוֹ מָתוֹרָה
וּשְׁלַכּוֹמְדָן אָסֵר בְּהַנָּאתִ
אָבָנָיו עַצְיוֹ וְאָפְרוֹ הַכְּלָל

אָסֵר בְּהַנָּאתִ :

tum quispiam calce incrusteret, &
pingat, ut colatur: sive hæc ma-
teriæ lapidis inhærent, sive ex-
trinsecus admoveantur, ubi ab-
latum erit, quod innovat, illud
quidem sit vetitum, quia factum
est, ut coleretur; at lapide ipso
uti licet. Lapis item, cui imposi-
tum est idolum, prohibetur, quam-
diu ei impositum: sed amoto illo,
concessus est.

XI. Cui domus contigua est
delubro, si ea corruit, instaurare
eam nequit. Quid ergo aget?
Contrahet eam intra proprios fi-
nes; quodque spatium est inter-
medium, spinis ac excrementis re-
plebit, ne fines delubri profera-
tur. Si & illius, & delubri, paries
fuerit communis, judicio statuetur
de pariete in duas partes divi-
dendo: ac dimidia pars, quæ do-
mus esse censetur, licita erit; illi-
cita ad usum altera, quæ est de-
lubri: cujus lapides, ligna, atque
adeò cinis, usibus sunt inter-
dicta.

Si ea

Si ea corruit, instaurare eam nequit.] Vide Aboda Zara cap. IIII. Mens est, si delubrum, & domus privata, unum eundemque parietem habent, & ille corruit, instaurare nefas est; quia hoc cedit in utilitatem delubri: ideoque aliquanto interiori spatio eriget murum, ita ut fundi sui partem vacuam relinquat: & ne otiosus is locus à delubri antistite occupetur, spinis lolioque conserendus est. Vbi quæsti possit, an ille, qui locum sic conserit, nihilominus maneat dominus ejus loci. Videtur aliquid ei dominii indicium statuendum: ut si sepem, aut simile quid, obducatur: alioqui deserta loca occupantis fiunt: eoque possint idololatæ ad illius domum usque proferre templum suum. Sed in parieto communi si dignosci possit, qui lapides ab una, qui ab altera muri parte fuerint, volunt Hebrei dividi lapides, ut quisque suum habeat: & suis postea uti licet possessori. Sin internosci nequeunt; potest Israelita alteri, cui libuerit, suum jus divendere.

**ב ב' כִּיְצַד מָאָבֵד כֹּסֶת
וְשָׁאֵר דְּבָרִים הַאֲסּוּרִין
בְּגַלְלָה כִּנּוּן מְשֻׁמְשִׁירָה
וְתְּקֻרְבָּה שְׁלָה שְׁוֹחֵךְ וּוּרְהָה
לְרוֹתָה אוֹשֹׁוֹפְרָה וּמְטַלְלָה
הַמְלָחָה. דְּבָרָ שָׁאֵן בְּ
תְּפִיסָת יְדֵי אָדָם שָׁנָעַבְדָ
כִּנּוּן הַרִים וּבְחַמָה וְאַילָן
אַעֲפָ שְׁהַנְעַבָּד עַצְמוֹ מוֹתָר
בְּהַנְאָה צְפּוּיו אָסּוּר
בְּהַנְאָה וְהַנְהָנָה בְּכַלְלָה
שְׁהָוָה מִהְנָן לְוקָה שְׁנָאָמָר
לֹא תְחַמּוּ כְסָף וּוּחָבָב
עַלְיָהָם וְכָל צְפּוּי כֹּסֶת הַרִי
הַן בְּכַלְלָ מְשֻׁמְשִׁירָה:**

XII. Quo pacto perdenda sunt idola, & quæcumque eorum caussa interdicuntur: puta, quæ cultui eorum inserviunt, ut & oblationes? Comminuenda hæc, & dispergenda in ventos: aut com burenda, ac projicienda in mare mortuum. Quod autem homo nequit manibus prehendere; uti montes, jumentum, arborem; tametsi ea homines coluerint, concessa tamen sunt usiblū humanis. At tegumentum ejus interdictum; ita ut qui vel minimâ ejus particula utatur, vapulet. Quia dicitur, Non * desiderabis argenteum, & aurum, quod supra eos. Omneque operimentum idoli est inter ea, quæ ejus usiblū inserviunt.

Comminuenda hæc, & dispergenda in ventos.] Cap. IIII. Aboda Zara.

Non solum iis adimet figuram, ut ne sint, quod erant : sed combustorum etiam cineres in auras disperget, ne usibus cuiusquam inserviant.

Vix montes.] Nam & montibus quibusdam divinus tribuebatur cultus. Talis mons Καρατινος, quem Getæ vocant ιερὸν : ut est apud Strabonem in viii. Imo Cappadociis quoque mons καὶ Γεός, καὶ ὄρος καὶ ἀγράλυμα : ut est apud Maximum Tyrium dissertat. xxxviii.

Inuentum.] Ut Apis & Mnevis, duo vivi boves, imagines gemini numinis, Apis quidem Lunæ, Mnevis Solis. Vide Herodoti Euterpen, & Thaliam, Strabonis lib. xvii, & alios.

Arborem.] Non luci modò Diis sacri ; sed & certa arbor numini consecrabatur, ut antè dictum. In Oriente autem imprimis hanc superstitionem viguisse certum. Nec absurdè aliquis suspicetur, ab eodem fonte promanasse, quod Muhammedes sub arbore sit inauguratus ; ut

كانت السعادة تحت شجرة

الشجرة inauguracione sub arbore facta est.

* Dant. 7.25. **XIII.** Idolum, quod gentiles ipsi, priusquam in Israelitæ manum veniret, profanum judicarunt, in usum suum convertere licet. Dictum enim est, *Sculptilia**. Deorum illorum igne exuretis. Quibus verbis significatur, (exurenda,) si venerint in manus nostras, quo tempore iis cultus tribuebatur divinus. Nam, eo desinente, licita habentur.

Idolum, quod gentiles ipsi profanum iudicarunt, in usum suum convertere licet.] Talmudistæ id colligunt ex loco, quem hic R. Moses allegat: סְמִילָה טַלְפָכָה חֲמָרָכָה כְּמָם לְמָמָד קְחָתָה שְׁבָטָלוּה גְּנוּם קְדוּם שְׁתָבָא לְדִי יִשְׂרָאֵל הֶרְרוּ וְ מוֹתָרָת בְּהֵנָּה שְׁנָה פְּסִילָה אֱלֹהִים תְּשַׁתְּפָן בְּאַשְׁר בְּשָׁמָאוֹ לְאִידָנו וְהַן נֹהָגִין בְּחַסְמָה אֱלֹהָות אֲבָל אָם בְּטַלְוָם הֶרְרוּ אַלְוּ מַוחְרָזִין :

dupl

cem

cem inde sensum eruunt : prior est, ut **פסלי** sint *sculptilia* : alter, ut si-
gnentur inepta profanaque. Priori modo sententia sit, *Sculptilia Deo-
rum illorum igne comburetis*. Posteriori mens erit, *Profanatos illorum Deos
accipies tibi*. Nempe ut illud, *accipies tibi*, referatur ad vocem, qua-
tenus profana notat. Nam **פסל** Rabbinis est *ineptum ac profanum reddere*. Et hinc in Gemara Aboda Zara cap. iv. §. legas : **אנין** מחר נכני. *Vnde constat, posse gentilem
profanare idolum suum?* Ex verbis, *Sculptilia Deorum illorum igne exure-
tis*. Quo loco ista **פסלי** מלחיקס interpretanda sunt, *profanata idola
eorum*.

יד עכו"ם של ישראל
אה בטלה לעלם אפילו
היה גוי בה שותפות אין
בטולו מועל כלום אלא
אסורה בהנאה לעלם
וטעונה גינויו זcn עבורה
כו"ם של גוי שבאת לדי'
ישראל ואח"כ בטלה
הגו אין ביטול מועל
כלום לא אסורה בהנאה
לעולם ואין ישראל מבטל
כו"ם ואפ' ברשות הגוי

XIV. Idolum Israelitæ nun-
quam profanari potest; tametsi in
ejus proprietate partem quoque
habeat gentilis, atque ille hoc
profanet. Nam profanationis il-
lius non habetur ratio : sed in
perpetuum usus idoli ejus est in-
terdictus; eoque necesse est abs-
condi. Itidem, si idolum gentilis,
postquam in manus pervenerit Is-
raelitæ, ab gentili fuerit profana-
tum, profanatio talis nihil ad rem
facit : quia (nihilominus) est in-
terdictum. Israelita verò idolum
nullum valet reddere profanum,
ne quidem consentiente gentili.

Nunquam profanari potest.] Ex sacro reddi profanum, ex illico li-
cium; & humanis usibus concessum.

Eoque necesse est abscondi.] Sub terram defodi, ita ut nullus illud in-
sum suum possit convertere.

Israelita verò nullum idolum reddere valet profanum.] Siquidem non
habuit ei honorem divinum : quod gentilis proprium est ; ut solus
etiam, præcipue si cultui renunciet gentili, reddere illud profanum
possit. Quamquam neque gentilis profanare valeat, si non ipse possi-
deat. Quippe si idolum jam in aliis sit potestate, qui unum colat Israe-

lis Deum ; ut maximè aliqua agat , quibus pro rejectio habere idolum videatur : suspicio nihilominus obrietur , eo fecisse , quia spes recuperandi foret nulla. Ut præteream , quod gentilis , præsertim nec suorum numinum cultor admodum religiosus , videri etiam possit mercede ad hoc conductus. Nec magnopere his adversari censeo , quod inferius dicat Maimonides , idolum etiam haberí profanum , licet gentilis ab Israelita adactus illud profanarit. Nam loquitur istic loci de idolo , quod etiamnum in potestate sit hominis gentilis.

טו נוי קtan או שוטה
איו מבטל כו"ס נוי שבטל
כו"ס בין שלו בין של נois
אחרים בעל כrho אע"פ
שאנסו ישראל על כך הרי
זו בטילה ובלבך שיהא נוי
המבטל עובד כו"ס אבל
מי שאינו עובד אין בטלו
בטול :

Gentilis minorenus , aut stultus .] Quippe qui non sit suus ; sed alienus obnoxius potestati. Atque idem censendum de gentili , qui in Israele commoretur.

Vel suum , vel alterius gentilis .] Tamen supra dixit , nullus rem alienam prohibitam facit. Nisi fortasse potest licitam facere rem alienam ; quia hoc pium , illud impium est.

Et ab Israelita ad hoc compulsus .] Talia tamen , si Iuris intelligentes audimus , perinde habentur , ac si acta non fuissent.

ו המבטל עכorth כו"ס
ביטל משמשה ביטל
משמשה משמשה מותרי
והיא אסורה בהנאה כמו
שהיתה עד شبטלנה
ותקנות עכום אינה בטלנה

XV. Gentilis minorenus , aut stultus , profanum facere idolum nequit. At si gentilis profanaret idolum vel suum , vel alterius gentilis , quamvis invitus , & ab hoc compulsus ; certè idolum hoc fuerit profanum : sic tamen , si gentilis ille , qui profanet , ipse fit idololatra. At ejus , qui idola non colit , profanatio non attenditur.

XVI. Qui profanat idolum , eadem omnia , quæ usibus illius serviunt , profana reddit. Sin ea profana , quæ serviunt ejus usibus ; illa quidem licita sunt , idoli vero usus est interdictus , uti ante erat : atque id usque dum ipsum profanetur.

Etiam

לְשׁוֹלֶט בִּצְדָּר מַקְתָּלָה קְטוּ
 רָאשׁ אֲזֹנוֹה רָאשׁ חֻטְמָרָה
 רָאשׁ אַצְבָּעָה פְּחַסְרָה
 בְּפִנְיהָ עַפְפָ שְׁלָא חִסְרוֹתָה
 אוֹ שְׁמַכְרָה לְצֹרֶף יִשְׂרָאֵל
 הַרְיִ וּ בְטַלָּה אַבְלָ אַם
 מַשְׁכָנָה אוֹ מַכְרָה לְגַנוֹי אוֹ
 יִשְׂרָאֵל שָׁאַנוֹ צֹרֶף אוֹ
 שְׁנַפְלָה עַלְיהָ מַפְלוֹת וְלֹא
 פִּינָה גַּנְבָוָה לִיסְטִים וְלֹא
 תְּבַשְׁעָה דָּקָק בְּפִנְיהָ הַשְׁתִּין
 בְּפִנְיהָ גְּרוּהָ וְרָקָ פָּהָ אַתָּה
 הַצּוֹאָה הַרְיִ וּ אַנְהָ
 בְטַלָּה :

Etiam oblata idolis profanari nequeunt. At quomodo fit idoli profanatio? Præcisâ parte imâ vel auris, vel nasi, vel digiti. Tum & contundendo faciem ejus, licet non mutiletur: aut vendendo illud fusori Israelitæ. Et hæc qui agunt, profanant idola. Cæterum si oppigneraverit, vel vendiderit illud gentili, vel Israelitæ, qui faber non fit; aut si quid ruinâ inciderit, nec tamen id amoverit; si item latrones abstulerint, atque ab iis repetitum non sit; si in faciem ejus expuerint, vel coram minixerint, humiliaverint, vel fædarint injectis excrementis; non eo fuerit profanum.

Qui profanat idolum, &c.] Quia instrumenta, idoli; non hoc illorum caussâ, paratur. Sublatâ caussâ tollitur causatum; at non contrâ.

Oblata idolis profanari nequeunt.] Probatur id in Gemara AbodaZara ex verbis S. Scripturæ: congregati sunt ad Baal Pehor, & comedenterunt sacrificia mortuorum. Quo loco ajunt Thalmudici, sacrificia idololatrica mortuis æquari: quia quemadmodum semper mortui immundi manent; ita & idolis oblata expiari nequeant, sed æternum sint immunda.

Cæterum si oppigneraverit.] Quia redempturus videtur. Ita & quamvis à latronibus non repetierit. Fortassis enim putat, eos illud colere velle; vel religiosis hominibus magno pretio vendere.

In faciem ejus expuerint, vel coram minixerint.] Rationem in hoc non video, nisi quod credi potest imprudens conspuisse. Quod ad mictiōnem attinet, potuit in balneo fieri, & sine contemtu idoli: alioqui conspuere, & lotio idolum perfundere, sunt contemnentis indicia; uti & humi raptare.

ז עכו"ם שהניחורה עבדיה בשעת שלום מותר בחנאה בטלות XVII. Idolum tempore pacis à cultoribus suis dørelictum, conceditur usui humano. Sin belli tem-

בשעת מלחם אסורה מפני
שלא הניחוה אלא מפני
המלחמות:

tempore sit profanatum, vetatur:
quia non nisi propter bellum vide-
tur relictum.

* 1. Genz.

*Propter bellum videtur relictum.] Quippe eo, ut poëta * ait,
—squalent abductis arva colonis: Patriamque fugientes
non aras minus relinquere coguntur, quam focos.*

י' ח' עכום שנשברה
מאליה שבריה אסוריין
בנהאה עד שבטלות
לפיכך המוכר שברי כ"ס
הרי אז אסוריין בנהאה
שמע לא בטלות נוים
ואם היהה של פרק' והריזט
יכל להחזרם צריך לבטל
כל פרק ופרק מפרקיה
ואם אין יכול להחזירם כיון
שבטל אבר ממנה בטל
כל השברים:

יט' מובח עכו"ס
שנפנס עדין הוא אסור
בנהאה עד שניתן רוכו
ביד גוים ובימים שנפנס
מוותר איזהו בימים ואיזהו
מובח בימים אבן אחת
מובח אבני הרובה: וכייד

XVIII. Fragmenta idoli suâ sponte confracti inconcessa sunt usui, donec ipsum idolum profanetur. Iccirco fragmenta idoli à quopiam inventa habentur illicita: fortasse enim necdum profana habita à gentilibus. Vt cunque enim in varias fractum fit partes: tamen aliquis ex imperitis possit fragmenta colligere. Itaque necessum est profanare partem quamque ejus. Quod si quis nequeat reperire, inque unum cogere universas: uno profanato fragmento, cætera etiam habentur pro profanis.

XIX. Misbeah sive altare idololatricum, quamvis mutilatum, usui interdictum, donec major ejus pars ipsis gentilium manibus fuerit eversa. At bimōs, sive ara disrupta conceditur usui. Qualis vero bimōs? quale item misbeah? Bimōs est unius lapidis: misbeah est lapidum multorum.

Quo-

מִבְטָלֵין אֶבְנֵי מַרְקוֹלִים כַּיּוֹן
שְׁבָנָה מְהֻן בְּנֵי אוֹחֶרֶת
בְּהַן אֶת הַדְּרוֹכִים וְכַיּוֹצָא
בְּאַלּוּ הַרְיָה חַן מוֹתָרִין
בְּהַנְּאָרָה:

Quomodo profani redduntur lapides Mercurii? quando iis exstruitur domus, aut viæ sternuntur, aut aliquid fit simile, habentur profani, & usibus concessi.

Qualis verò ara? quale item altare?] Distinguit inter זָהָב & מַזְכָּה & illud quidem ex multis lapidibus, hoc uno tantum constitisse putat. Vox posterior haud dubiè Græcae originis ex Βαμός. Mirum tamen, quod eo ait notari aram ex uno saxo factam. Quanquam non negem, tales etiam gentilibus fuisse aras. David de Pomis כי יום נגוז לפסות ליל מזבח הייליס Lapidem incisum ad faciendum idolum, aut aram idolorum. Eo autem ara unius lapidis est licita, modò disrupta, quia sic esse desinit: sed altare lapidum multorum permanet altare, nisi major lapidum pars fuerit avulsa.

בְּכִידְמַבְטָלֵין אֶת
הַאֲשָׁרָה קְרָסָם מִמְנָה
עַלְהָ אוֹ וַיֵּרֶד מִמְנָה יוֹנָק
נְטָל מִמְנָה מִקְלָ אָוּ שְׁרָבִיט
אוֹ שְׁפָאָה שְׁלָא לְצַרְבָּה;
הַרְיָה וּ בְּטָלה שְׁפָאָה
לְצַרְבָּה הִיא אָסּוֹרָה וְשְׁפָאָה
מוֹתָרִין וְאָסּוֹרָה שְׁלָל
יִשְׂרָאֵל בֵּין לְצַרְבָּה בֵּין
שְׁלָא לְצַרְבָּה בֵּין הִיא בֵּין
שְׁפָאָה אָסּוֹרָה לְשָׁלָם
שְׁעַכְ'ס שְׁלָל יִשְׂרָאֵל אֵין לוֹ
בִּיטּוֹל לְעוֹלָם:

XX. Quomodo profanum reddunt lucum? Decerpendo ex eo folium, aut præscindendo ramum, conficiendoque inde scipionem, aut virgam, vel putando superflua. Atque hæc verè est profanatio. Sin eo quis animo amputarit, quia indigeret: lucus permanet interdictus; sed quæ amputata, conceduntur. Quod si Israelis sit lucus, sive necessariò, sive superfluè id fiat: tum lucus, tum quæ amputata, in perpetuum sunt interdicta: quia ab Israelitis divino honore culta, nunquam possunt profanari.

Quomodo profanum reddunt lucum?] Quæ hic dicit autor, consistere nequeunt, nisi intelligas lucum, cuius privatus aliquis dominus sit.

Q

Nam

Nam nullus dixerit, lucum publicâ autoritate consecratum , fieri profanum, quia ab uno aliquo violetur. Quod tantundem esset, ac si dicas, legem aliquam, aut statutum magistratus, irritum fieri, quia hic vel ille id transgreditur. Porro statuit, decerpendo folium, aut præscindendo ramum , profanari lucum. Certè violari constat. Vnde apud veteres Romanos lucum in suo agro nullus succidebat, nisi ante oblatâ ad placandos Deos porcâ. Qui autem lucum rite exscindebant , conlucare eum dicti. Vnde Cato de re rustica cap. cxxxix. *Lucum conlucare Romano more sic oportet. Porco piaculo facito. Sic verba concipito : Si Deus, si Dea es, quoium illud sacrum est, uti tibi ius siet porco piaculo facere, illiusce sacri coercendi ergo. Harumce rerum ergo, sive ego, sive quis jussu meo fecerit, uti id recte factum siet. Ejus rei ergo te hoc porco piaculo immolando bonas preces precor, uti sies volens propitius mihi, domo, familiæque meæ, liberisque meis. Harumce rerum ergo matte hoc porco piaculo immolando esto.*

Decerpendo ex eo folium, aut præscindendo ramum.] קְרָסָס, וַיַּד, significant, putare, incidere, חֶקֶר. Sed illud, notantibus Hebræis, נִפְרָטָר de herbis ac foliis; ut decerpere, aut stringere, vertendum sit: autem, בְּיוֹנְקָות וּבְמִרְגִּינִּיט, surculis; vnde & à Davide de Promis exponitur per זָהָר putare arborem, quod à זָהָר surculus, ramus.

פרק תשיע'

שלשה ימים לפני
אידיהם לש גויס אסור
ליקח מהם ולמכור להם
דבר המתקיים וללוות מהן
ולהלוותן ליפרע מהן
וליפרווע להם מלוה בשטר
או על המשכון אבל
מלוה על פה נפרען בהן
מן שפניהם כמצעיל מידם
ומותר למכור להן דבר
שאינו מתקיים כנוין ירכות
וחבשיל עד יום אידם :

C A P V T I X .

Triduo ante festa gentilium idola colentium, prohibemur aliis emere , illisve vendere rem ullam duraturam ; mutuo quid accipere , vel dare ; capere solutionem, aut solvere mutuum, scripto, vel pignore : sed, quod verbis solum mutuo datum est , exigere licet ; quia manibus eorum hoc eripi videtur. Licitum & est vendere illis , quod nequit durare : ut olera , vel aliquid coctum ; atque id usque ad festum eorum diem.

Triduo

Triduo ante festa gentilium, idola colentium, prohibemur aliis emere, illisve vendere, rem ullam duraturam.] Haustum ex Aboda Zara cap. i. 5. Non modò Hebræus idolum venerari nequit; sed nec caussa esse debet, cur à gentili colatur. Ideoque vetantur Israelitæ negotiari cum gentilibus triduo ante festa eorum: ne, vel si emerint ab iis quicquam, pecuniâ illa festi tempore se oblectent; vel si vendiderint, lætentur gentiles ob rem bono pretio comparatam, ac hilariores ad festum contendant, & diis suis, (uti Mercurio, præsidi mercaturæ, aut aliis) gratias ac laudes pro rerum prospero agant successu. Tantum vendere licebat illo spatio res parum durabiles: ut olera, carnes coctas, similiaque; quæ die illo absumenda erant, quo, veniente festo, gentilis nec pecuniam haberet, nec merces pro eâ comparatas. Ne debita quidem illis tribus diebus solvere licebat, eandem ob caussam; uti nec debitorum solutionem accipere. Quod tamen R. Ichuda licere putabat: ut cap. i. Aboda Zara est: *וְיִרְאָה מַחְנֵן, quia hoc dolori illi est.* Sed responderunt sapientes: *מַחְנֵן כֶּן פְּנֵי מַחְנֵן כֶּן פְּנֵי מַחְנֵן כֶּן* *quamvis hoc dolori sit ei, postea lætatur alio tempore:* quia, solutis debitibus, defecatiore est animo. Mutuum dare, & accipere, non licebat: quia siue gentilis acciperet, poterat eo uti ad colendum Deum suum: siue daret, lætior ad festum iret, quasi Deo suo gratias acturus, quod tanto felicior esset Israelitâ, ut ille sui indigeret. Excipitur casus unus, si debeat gentilis, nec Israe-lita debiti ullum habeat testimonium; ut chirographum, aut simile quidpiam. Tale enim volunt recipi posse; quia periculum in mora est, & illa res pro perdita habetur. Ratio vero, cur triduum ante festa Hebræi nefastum ponant, profluxisse inde videtur, quia Deus ipse Exod. xix, 10. populum à Mose in diem tertium sanctificari jussérat: ideoque putabant, nefas esse habere quidquam commune cum gentilibus triduo illo, quod festum præcedebat.

Triduo ante festa gentilium.] Quæ alio vocabulo Hebræi *ירין* vocant. *רִיְמָה calamitas, perditio, sive exitium* est: quod nomen fortassis festis imposuerunt, quia putabant, ea exitii caussam esse gentilibus. Sic quoque *רִגְמָה*, quod eodem significatu de festo usurpant, denotat etiam *גְּנָר confraktionem, & contritionem.* Solent enim Hebræi, talibus nominis per contemptum imponere.

Festa gentilium.] Ea commemorantur Aboda Zara cap. i. 5. 3. *קָלְנָדָה וּסְטוּרָנָלִיהָ וּקְרִטִּיסִים וּיְמָם גְּנוּמָה מִלְּלָדָה וּוּסְתִּיקְתִּקְמָה Kalendæ, Saturnalia, inauguralis Kartism dies, natalis regum, magistratum natalis, & emortualis.* Quo loco miror, quid sibi illud *קְרִטִּיסִים* velit. Gemara habet esse *וְיִהְיֶה הַלְּכֹת* diem, *qua Roma regnum*

regnum apprehendit. Ibidem autem ait Rab Ioseph, bis hoc accidisse בַּיּוֹם קָלְפָטָרְיוֹ מֶלֶכְתָּיו temporibus Cleopatrae regine : & primūm prælio Actia-
co, ex quo Cæsar Augustus imperium Romanum obtinuit solus: deinde בַּיּוֹם יוֹנִיס temporibus Græcorum : Quod Rab Iehuda dixit eum diem esse, quo Roma regnum acciperet: congruit cum comitiis curiatis, quibus creatos olim Reges Romanorum, ex Halicarnasseo, & Livio, discimus: nec procul distant קְרֵטִים, & Curiatis: nec novum est Iudæis, depravare voces externas: quomodo ex *Saturnalia*, quoque fecerunt קְוָרְנוֹרָא. Nam ita hoc loco in Thalmud legitur. Sane curiatis comitiis postea item magistratum multi, qui in provincias mittebantur, delecti sunt. Ea verò, quæ ab R. Ioseph de Græcorum temporibus addidit, nescio quorsum referenda. Sed de isto potius ita censeo קְרֵטִים factum ex οὐρανῷ, vel οὐρανούμος, & denotari hac voce diem inauguralē. Diem נְגָמָה ait R. Iehuda esse יְמֵינֵי כָּלְקָדְשָׁתֵי רַגְלֵי quo Regem constituant. Quod non admitto, nisi idem sint, & congregationem notent. Vnde infra §.4. Maimonidæ dies inauguralis est יְמֵינֵי מְחֻקָּכָתֵן quo dies, quo congregantur ad creandum Regem. Mihi tamen hæc vox merè Græca videatur, nam γένεσις diem notant natalitium: qui & γένεθλια: unde apud Matth. xiv. 6. γένεσιν τὸν ἀγρούνων τὸν ἡρώδη. Quare rectè in Aruch exponitur, יְמֵינֵי הַלְּכָת dies natalis. Quod si quis querat, cur mox subjungatur, יְמֵינֵי הַלְּירָס, dies natalis: dixero, prius accipendum videri de genethliis principis; alterum de privatorum, quæ privatim celebrantur.

בְּכֵד אֲבָל בְּשָׂאָר אֲרָצֹת אֵינוֹ אָסּוֹר אֲבָל יְמֵינֵי יְמִינֵי אֲיָדֵם בְּלִבְדֵּן עֲבָרָנוֹשָׂא וּנְתַנְּעַמְהָן בְּאוֹתָן הַגָּן יְמִינֵי הַרְיִי וְהַמּוֹתָר בְּהַנְּאָה וְהַנּוֹשָׂא וּנְתַנְּעַמְהָן בַּיּוֹם אֲיָדֵם עֲמָהָן הַרְיִי וְהַאָסּוֹר בְּהַנְּאָה וְאָסּוֹר לְשַׁלּוֹחַ דָּרוֹן לְגַנְיָה בַּיּוֹם אֲיָדוֹ אֶלָּא אֶם כִּן נְדֹעַ לוּ שֶׁאֵינוֹ מְוֹדָה

II. Hoc in Israelitarum regione locum habet: at in reliquis terris vetitum non est, nisi festo eorum die. Si quis transgressus sit negotiando cum iis illo triduo, mercibus uti licet: sin aliquis cum iis negotietur eorum die festo, res usui sunt interdictæ. Nefas quoque est, munus gentili mittere festo ejus die: nisi constet, eum non profiteri cultum idolorum, nec iis servire. Quod si gentilis quispiam die

לעכ'זם ואינו עברה וכן
גוי שליח דורון לישראל
בימים אידו לא יקבלנו ממנו
ואם חשש לאיבת נוטל
מןינו ואינו נהנה בו ער

die suo festo miserit munus Israe-
litæ: ne illud ab eo accipiat; nisi
suspicio sit, offensum iri. Nec ta-
men utetur, donec constiterit,
gentilem non colere idola, nec
pro diis illa habere.

שיזדעו לו שוה הני אינו עובד כ"ס ואינו מורה ביה:

ג היה אדם של אותן
הימים ימים הרבה שלוש או
ארבעה או עשרה כל אותן
הימים ביום אחד חן וכולן
אסוריין עם שלשה ימים
לפניהם:

III. Si festum hoc idoli mul-
torum sit dierum; ut trium, qua-
tuor, aut decem: perinde habe-
tur, ac unius si diei foret: eoque
omnes sunt interdicti, una cum
triduo, quod præcessit.

ד יום שמתכנסין
בו הנים להעמיד להן
מלך ומקריבין ומקלסין
לאלהיהם יום אדם הוא
והרי הוא כשאר אידחים
אבל גוי שעושה הוא איד
לעצמיו וטורה לכ"ס שלו
ומקלסה ביום שנולד בו
וים תגלחת וקנו או
בלוריתו ויום שעלה בו מן
חיס או שיצא מבית
האסורים ויום שעשה בו
משתה לבנו וביציא באלו
אינו אסור אלא אותן הווים
ואותו האיש בלבד: וכן יום שימושות
בלבד: וכן יום שימושות מה ויעשו

IV. Illa quoque dies, quæ ido-
lolatræ ad regem constituendum
conveniunt, sacrificant, ac Deos
suos laudant; cæteris festorum ac-
censetur. Quod si idololatra si-
bi ipsi festum diem indixerit, ut
veneretur idolum suum, ac laudet
illud natali suo, aut quo die bar-
bam tondet, vel comam, aut quo
advenit è mari, vel carcere egres-
sus, quo item convivium instituit
filii caussâ, & siqui id genus alii
sunt, non interdictum est (nego-
tiari) nisi illo tantummodo die, &
cum viro istoc. Vti & vetitum id
cum iis, qui defuncti ergo domi-

אִיד אֲוֹתָם הַעֲשִׂים אֲסּוֹרִין
אֲוֹתוֹ הַיּוֹם וְכָל מִתְהַשְּׁרוּפִין
בָּהּ כְּלִים וּמִקְטָרִין קְטוּרָה
בְּידֹוע שֵׁישָׁה עֲבוֹרָת כּוֹסָ:

suæ festum celebrant. Quocunque autem in funere vasa comburunt, & suffitum offerunt, apertum est idolo cultum præstari.

Quo die barbam tondet.] Apollini plerumque barbam detonsam sacrabant. Is dies inter lætos. In luctu vero promittebant eam Romani: ut notum ex reis squallidis ac sordidatis. Atque eo fortasse referendum, quod mox subjungit de egressis è carcere.

*2.124.
Aut comam. [בְּלוּרִין.] Rabbinis est. qualis sit, indicat Autor noster infra, cap. xi. non tondebitur à lateribus relicta in medio coma, quæ dicitur בְּלוּרִית. Vide infrā: item Cochum in Maccoth cap. 111*. Sacrâsse comam, indicat Pollux lib. 111. tmem. 5. ἔτιξεφον δέ τίνες ὡς ἀλαγύις κέρυλος, ή κατόπιν, ή στέψερ τὸ μέτωπον παραμοιάς, ή θεοῖς. καὶ ἀνομαλίῃσι ἀλοχμὸς, ή σκόλης, ή σφραγὴ τειχῶν. Alebant autem nonnulli comam in obliquum vergentem, aut super tergum, aut frontem; fluminibus scilicet, aut diis consecratam: ἀλοχμὸς aut σκολῆς nominabatur, aut pilorum catena.

Quo advenit è mari.] Post peregrinationem Deorum templa adibant gratias acturi pro incolumitate: comam quoque tum præscindebant, ac Diis dicabant. Notiora hæc, quam ut testimoniis sit opus.

Quo convivium instituit.] Rectè. nam festi dies, teste Macrobio lib. i. Saturnalium cap. xvii, dividuntur in sacrificia, epulas, ludos, ferias. Atque inter ferias quoque privatas erant natales, & funebres. Ergo & hi festi dies.

Quocunque in funere comburunt vasa.] Pleni talijum exemplorum autores: nec quicquam vulgatus Romanis, quam pyram, cui cadavera superimposita erant, liquoribus pretiosis perfundere, & aurum, vestes, arma, quæque alia defunctus, dum viveret, chara habuerat, simul comburere. Contrà quem morem legibus 111 Tabularum cautum legitimus: *Ne sumptuoso respersio fieret: uti & ne aurum adderetur, aliisque id genus.*

ה. אין יום האיד אסור
אלא לעובדריה בו בלבד
אבל הגוים ששמחות בו

V. Dies festi non sunt nefasti, nisi ratione ejus, qui illos colunt. Cum illis vero idololatris, qui hilares eum transfigunt diem, ac edunt

ואוכליין ושותין ומשמרין
אותו מפני מנהג או מפני
כבוד המלך אבל הם אין
מודין בו הרי אילו מותרים
לשאת ולחת עמהן :

Ob consuetudinem.] Non religione aliquâ : eoque , ubi de animo
constiterit, non laborandum de eo, quod cum cæteris ferietur.

In regis honorem.] Soli enim dies illi censentur sacri , quibus sacri-
ficia, epulationes, ludi, aut feriæ, in Deorum honorem fiunt.

וְ דָבָרִים שָׁהֵן מַיּוֹחֶדֶן
לִמְין מִמְּנִי כֹּסֶף שַׁבָּאוֹת
מָקוֹם אָסוֹר לִמְכוֹר אֲוֹתָן
לְעַבְדֵּי כֹּסֶף שַׁבָּאוֹת
הַמָּקוֹם לְעוֹלָם. וְדָבָרִים
שָׁאַיִן מַיּוֹחֶדֶן לְהַמּוֹכְדִּין
אַוְתָּם סְתָמָם וְאַם פִּירְשַׁ הַגּוֹן
שַׁהֲוָה קֹנוֹת אַוְתָּם לְעַכְוָס
אָסוֹר לִמְכוֹר לוֹ אֶלָּא אָם
כִּן פְּסָלוּס לְהַקְּרִיבּוּ לְעַבּוֹת
כֹּסֶף לְפִי שָׁאַיִן מַקְרִיבִּין
חַסְרָה לְעַזָּה הַיּוֹ מַעֲרְבִּין
דָּבָרִים הַמַּיּוֹחֶדֶן עַם דָּבָרִים
שָׁאַיִן מַיּוֹחֶדֶן כְּנֻן לְבּוֹנָה
וְכֵה בְּכָל לְבּוֹנָה שְׁחוֹרָה
מוֹכֵר הַכְּלָסֶת וְאַיִן חֹשֶׁשָׁן
שְׁמָא יַלְקֵט הַוּכָה לְבָדָה
לְעַכְוָס וְכֵן כֵּל כִּיוֹצָא בּוֹרָה:

Quæ peculiariter addicta sunt certo generi idololatriæ.] Declarantur
חַנְטוּכְלִין וְכֵן מִזְחָה וְכַטּוֹרְתִּים וְלִכְוָנָה.
hæc Aboda Zara cap. 1. §. 5. nimirum.

קְרָנְגָּל

edunt, bibunt, eumque diem ob-
servant, sive ob consuetudinem, si-
ve in regis honorem , nec tamen
pro sacro habent ; negotiationem
licet exercere.

VII. Quæ peculiariter addicta
sunt certo generi idololatriæ loci
cujuspiam, ea idololatris istic loci
agentibus divendere, perpetuò est
interdictum. Res verò non ad-
dictas, simpliciter vendere lici-
tum est. *Quod si idololatra diser-
tè dixerit , se idolis ista compa-
rare ; divendere erit nefas , nisi
prius inepta reddantur ad offeren-
dum idolis ; quandoquidem non
offerunt iis, quæ mutila sunt. Siea,
quæ certò addicta sunt idolo,
permisceantur rebus ei non sacra-
tis ; ut thus purum cumulo thuris
nigri: junctim ea vendere fas est,
quamvis suspicio obviatur , ne
fortasse alter thus purum feligat
ad idoli cultum. Eadem in cæte-
ris ratio est.*

Fructus cedri, fucus cum pedunculis, thus & gallus albus. Vbi
רַבְנִי Rabbini exponunt הַרְמָה תְּרֵחָה fructum cedri. Sed vox haud du-
bie est facta ex σπόλαχος, quomodo Græci nucem pineam vocant.
Itaque malim vertere hoc modo. Pinum Cybelæ apud antiquos sa-
cram fuisse, notissimum est: unde Dea illa apud Virgil. lib. ix. Æneid.

Pinea sylva mihi est multos dilecta per annos.

Vbi Servius: *Pinus in tutela matris Deum est.* Eandem apud Græcos & Ro-
manos Pani, Fauno, imo & Neptuno, sacratam fuisse, constat. Etiam
thyrsi à πίνυ pinus: sed hoc nihil ad hunc locum. Pinus erat arbor luctus.
An Rabbini respexerint ad funera, quis resina, addi solebat, non facile
dixerim. Nam est quoque resina, quam strobilinam medici vocant.
כָּנוֹת סָחָר David de Pomis interpretatur לְכָנִים לְכָנִים fucus albas.
סָחָר haud dubie ex Græco σῦνα. Ficus autem prohibere videntur He-
brei, eo quod summo in honore esse gentilibus conspicerent. Repe-
risse ajunt Bacchum: unde Διόνυσος Συκίτης five Ficulnus Lacedæ-
moniis colebatur. Naxii verò eundem Μελιχίον nuncuparunt, quia
hominibus monstrasset μελιχά: quod eorum lingua fucus notabat. Ea-
propter etiam cum Bacchi statua apud eos caput haberet è vitis ligno:
Baccho tamen Μελιχίω id erat è ligno ficulno. Apud Athenienses
quoque sacram fuisse ficum, proditum est à Plutarcho Sympos.
lib. vii problem. iv. Potuere etiam Hebrei respicere ad ficum
Ruminalem, quam Romani pro certissimo divini numinis signo co-
luere: unde prodigi loco, quod ea exarisset, habitum est, cum annis
stetisset 1999: ut est apud Tacitum, & alios. Ficus albas esse inter
arbores felices, & diis inferis sacratas, ex pontificum libris docet Ma-
crobius lib. iii. Saturn. cap. xx. כָּנוֹת סָחָר interpretantur סִינְיָו, id est,
pediculos, vel pedunculos. טָבָר ex Græco ποδαρεῖον, quod idem notat,
& reperitur apud Pollucem, aliosque. נַגְנָה Gallum Marti sacratum
fuisse constat: unde Lacedæmonii eum parta victoria sacrificare soliti.
Apud Syros pro Deo colebatur. Apud Romanos magno in honore
habitus: unde Plin. lib. x. cap. xx: *Hi (Galli) magistratus nostros quotidie
regunt, domosque ipsis suas claudunt, aut referant: bifaces Rom. impellunt, aut re-
tinent; jubent acies, aut prohibent, viutorum omnium toto orbe partarum auspi-
ces: hi maximè terrarum imperio imperant, extis etiam fibrisque haud aliter,
quam opimæ victoræ, diis grati.* Quin Marti, Nocti, & Laribus, aliisque
diis, eadem avis sacra habebatur. Pyrrhum galli albi immolatione
lienosos curare solitum, tradit Plutarchus in vita ejus. Fortasse, quia
Æsculapius medicinæ Deus; cui peculiariter, & præ reliquis, gallus sa-
cer erat.

Sim-

Simpliciter vendere.] Citra interpretationem, vel conditionis additionem. Quod sequens antithesis ostendit.

Non offerunt rem mutilam iis.] Verissimum hoc, unde Suidas: Κόλαψα, αἰτ. τὰ μη ἔχοντα κέρκου, οὐ τὰ κολοβεῖς ἔχοντα χειρί, ἀπερὶ τοῦ περιεργάταις & τοῦ θεοῦ. καθόλας γὰρ εἰ μη ἡντελόντος Εὐγένειας ἐπέντελοντος θεοῖς. Colura, non habentia caudam, vel habentia mutilam caudam, quae in sacrificiis non maestantur. *Vniverse enim, nisi esset perfectum ac sanum, non sacrificabatur diis.* Vnde apud Athenaeum lib. xv, cap. v, ex Aristotelis Symposium: οὐδὲν κολαψὸν. περὶ φέρομεν περὶ τοὺς θεούς, ἀλλὰ πάντα τέλεα Εόλα. *Nihil mutilum offerimus diis, sed omnia perfecta atque integra.* Plinius lib. viii, hist. Natural. cap. XLV: *Vitulos ad aram humeris hominis allatos non fere litare, sicut nec claudicante, nec alienā hostiā, Deos placari.*

Thus purum copiae thuris nigri.] Thus purum est candidum: contraria minus purum, quod rufum, & nigrum. Plinius lib. xi. cap. xiv: *Autumno legitur ex astriu parti. Hoc purissimum, candidum. Secunda vindemia est vere, ad eam hyeme corticibus incisis. Rufum hoc erit, nec comparandum priori.* Thus autem purissimum, & quod candidum, solum diis offerebatur; unde ibidem Plinius: *Quod ex eo rotunditate guttae pependit, masculum vocamus; cum alias non fere mas vocetur, ubi non sit femina. Religioni tributum, ne sexus alter usurparetur.* Idem ostendunt verba sequentia Maimonidae: *Vendere potest conjunctum: neque suspicio erit, ne forsitan eligat purum solum ad idololatriam.*

וְשַׁעַן מִכְרֵן
לְגַוִּים דְּבָרִים שְׁמַחֲקִין בָּהּ
דִּיחָן לְעִבּוֹדָת בָּם בְּךָ אָנוֹ
מִכְרֵן לְהָן דְּבָרָם שִׁישָׁ נָוקָ
לְרַבִּים כְּנֻן דּוֹבִים וְאֶרְיוֹתָ
וּכְלִי זִין וּכְבָלִים וּשְׁלַשְׁלָאותָ
וְאַיִן מִשְׁחִיּוֹן לְהַסְּאַת הַיּוֹןָ
וּבְלִשְׁאָסָר לְמִכְרֵן לְגַוִּי אָסָרָ
לְמִכְרֵן לִישְׁרָאֵל הַחֲשׂוֹדָ
לְמִכְרֵן לְגַוִּי וּבְן אָסָר לְמִכְרֵן
כָּלִי נָוקָ לִישְׁרָאֵל לִיסְטָם:

VII. Qnemadmodum non licet idololatris vendere, quæ eos in idolorum cultu confirmant: ita nec vendendum iis, quo nocere publico valeant. Ut sunt ursi, leones, arma, compedes, aut catenæ. Ne quidem acuenda iis arma. Quicquid autem idololatræ vendere prohibemur: idem nec vendendum Israelitæ ejuscemodi, quem ea gentili venditum suscipio est. Itidem nefas dicitur arma diuendere Israelitæ latroni.

ח הַיְשָׁרָאֵל שָׁוֹכְנִים
בְּנֵי גּוֹיִם וּכְرֹתָו לְהַן בְּרִית
מוֹתָר לְהַן לִמְכוֹר כְּלֵי וַיְזַ
לְעַבְדֵי הַמֶּלֶךְ וּגְיִסּוּתֵי
מִפְנֵי שְׁעוֹשִׁין בְּהַן מִלְחָמָה;
עִם צָרֵי הַמִּדְינָה לְהַצִּילָה;
וּנְמַצְאוּ מְגִנִּין עַלְינוּ שָׁהָרִ
אָנוּ שְׁרוֹיִן בְּתוֹכָסִ עִיר שִׁישָׁ
בָּהּ עַכּוּס מַוָּתָּר לְהַלָּ
חוֹזֶה לָהּ וְאָסֹר לְהַכְּנָס

בְּתוֹכָה הִיא חֹזֶה לָהּ כּוּס מַוָּתָּר לְהַלָּקָה בְּתוֹכָה:

Licebit arma vendere servis Regis.] Nititur hoc Ierem. xxix. 7:
Quærite prosperitatem istius civitatis, quò vos deportavi, & orate pro ea Domum: nam in prosperitate ejus futura est vobis prosperitas.

ט הַרְוָיָךְ מִמְּקוֹם
לִמְקוֹם אָסֹור לוֹ לְעַבּוּר
בָּעֵיר שִׁישָׁ בָּהּ עַכּוּס בְּדָא
בּוּמָן שְׁהַדְרָךְ מִיּוֹחֶדֶת לְאָוֹתָו
מִמְּקוֹם אֲכָל אָסֹר יְשָׁדָךְ
אַחֲרַת נִקְרָה וְהַלָּקָה בּוּ
מוֹתָרִי אָסֹר לְבִנּוֹת עַטָּ
גּוֹיִם כִּיפָּח שְׁמֻמְיָדִים בָּהּ
עַכּוּס וְאָסֹר עַבְרָ וּבְנָה שְׁכְרוּ
מוֹתָר אֲכָל בָּנָה הוֹאָ
לְכַתְּחָלָה הַטְּרָקְלִין אוֹ
הַחַצְרָה שִׁישָׁ בָּהּ אַוְתָּה הַכִּיפָּה:

Nefas enim una cum gentili exstruere fornicem.] *Cippus* [*fornix est à curvatura.* Nam *cippus curvare.* David de Pomis exponit, *domus carceris,*

cippus, factus in modum fornicis lapidei. Vnde & *capa* pro convexo
coeli, ut *capa* *decem reges regnarent in omnia*, que sub
cælo sunt. Balnea veterum quinque partibus constabant, 'Ανδυτηρίων
seu spoliario; cellā, quæ, testudinis instar ædificata, περιστήριον &
hypocaustum vocabatur, aut sudatorium; cellā caldaria; frigidario; &
detersorio, quod & unctuarium, & αλεύριον. Hic fornicem non refe-
rendum esse ad cellam primam, seu στάθμαν, ex sequentibus paret.
Sed potius ad fornices, qui in parietibus: uti si statuam ad egerendas a-
quas collocarent; quod magis solitum in caldaria cella, aut frigida-
rio. Vetantur autem hic Israelitæ extruere fornicem ejusmodi, quia
servit idolo: at cellam non item, quia servit servienti idololatriæ.

וְעַד שִׁשָּׁה בְּהַעֲבוֹדָה
וְהִי בְּהַחֲנוּת מְעוֹדרות
וְשָׁאֵן מְעוֹדרות הַמְּעוֹדרות
אֶסְרָה לְהִנּוֹת בְּהַזְּנוֹן וּבְכָל
מָה שְׁבָתוֹן מִפְנֵי שְׁחוֹקְתָּנוֹ
שְׁבָגְלָל עַכּוּם נְתַעֲתָה
וְשָׁאֵן מְעוֹדרות מְתוֹרָה
בְּהַנְּאָה חֲנוּתָה שֶׁל עַכּוּם
אֶסְרָה לְשֻׁכְרָן מִפְנֵי שְׁמַהְנָה
עַכּוּם הַמּוֹכֵר בַּיְתָוֹ לְעַכּוּם
דְּמוּ אֶסְרוּם בְּהַנְּאָה
וַיּוֹלִיכָם לִים הַמְלָח אַבְלָל
גַּי שָׁאַנְסָו יְשָׁרָאֵל וְגַזְוִי
בַּיְתָו וְהַעֲמִידָו בְּוּ עַכּוּם
דְּמָיו מְתוֹרָן וְכָותֵב וּמְעַלָּה
בְּעַרְכָּות שְׁלָהָן וְחַלְילָן
שֶׁל עַכּוּם אֶסְרָה לְסִפְ�וָר
בְּהַן:

X. Si in urbe idololatrica ta-
bernae aliæ sint coronatae, aliæ non
coronatae: prioribus illis non licet
uti, neque illis, quæ eis insunt; quia
idololatriæ caussâ solent corona-
ri: at non coronatis uti con-
cessum. Tabernas idololatricas
conducere prohibitum est, quia id
fit cum idololatrarum quæstu.
Si quis vendiderit domum suam
idolorum cultori; pecuniâ inde
proveniente uti interdictur: sed
in mare mortuum præcepis danda.
Quod si gentilis per vim eripue-
rit Israelitæ domum suam, collo-
caritque in ea idolum; pecuniâ uti
poterit. Denique & poterit scri-
bere contractum, atque ire cum
eo ad judices illorum. Tibiis vero
idololatrarum vetitum est lugubre
carmen canere.

Tabernæ coronatae.] Nescio, quod respexerit Maimonides, nisi forte

ad morem veterum, qui coronis sanctimoniam rei indicabant; aded ut statuas, victimas, sacerdotes, imò magistratus, & Imperatores coronaient. Vnde & Palilibus ovilium fores Ovidius coronari jussit. Fast. iv.

Pastor oves saturas ad prima crepuscula lustret:

Vnde prius spargat, virgaque verrat humum.

Frondibus & fixis decorentur ovilia ramis,

Et tegat ornata longa corona fores.

Tertull. quoque de corona militis; Ipsæ denique fores, ipsæ hostie & aræ, ipsi ministri & sacerdotes eorum coronantur. Vide accuratissimum opus Paschalii de Corona.

Ire cum eo ad judices.] תרכז tribunalia, judicem. ערך, inquit David de Pomis. כטרכזות כל גויס כי מופכ טערך וקכוש לטריס ולטופטי העיר לדון סס. In constitutionibus gentium: expositio; sedes est ordinata, & constituta principibus, & iudicibus civitatis, ut judicent ibi. Dispiciendum, unde vox originem trahat.

תibiis verò idololatrarum vetitum est lugubre carmen canere. חלילין.] קאנן טרכלו רצון מינס כטרכז, כט, פיר טהו נומגנס כטרכז, ליקון טלייס כרי, לטורר דככי instrumenta ad canendum, quibus in luctu cantabant ad minuendum fletum. Hujusmodi instrumentum tibia fuit: quæ propterea luctus signum vocatur Papinio in vi. Thebaidos. Indeque Artemidorus quoque lib. i. cap. LVI 11 ait: Αυλαιν πυθηκοις αυλαισ πεν. Θ σημαινει. Pythicis canere tibiis luctum signat. Ovid. vi. Fast.

Cantabat mœstis tibia funeribus.

Plutarchum, Gellium, Festum, alios, ad partes advocate, in re nota, ut puto, nihil attinet. Ambrosius lib. v. in Lucæ cap. ix, ait id factum, ad incendendos excitandoque luctus. Hunc morem, quamvis lege Dei prohibitum, ipsos Iudeos à gentibus haussisse, usurpareque, discimus ex Evang. Matth. ix. 23: ubi ait de prefecti Synagogæ ædibus: Ελθω δι' Ιησους εἰς τὴν ὁμίλον τῷ ἀρχαντο, καὶ οὐδὲν τὰς αὐλαῖς, καὶ τὸν οὐχ λογισθέμενον, λέγει αὐτοῖς, Αναχωρεῖτε. Cum autem venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines, & turbam tumultuantem; dicit eis, Recedite.

יא הולכים ליד של נוים ולקחין מהן בהמה עבדים ושפחות בניין XI. Ad nundinas gentilium ire licet, atque emere ab iis bestias, servos, ancillas, quamvis adhuc sint gentiles: etiam domos, cam-

ובתים ושורות וכורדים
וכוחב ומעלה בערכאות
של汗 מפני שהוא כמציל
מידם: ברא בליך מבעל
הבי' שאינו נתן מכם אבל
הליך שם מן התנור אסוד
 מפני שהוא נתן מכם והמכ'
לעכו'ס ונמצא זה מהנה
עכו'ס עבר ולקח מן התנור
אם בהמה לך נושר
פרשותיה מן הארץ כברה
ולמטה ואם כסות וכליים
לקח יركבי לך מעת
וכלי מתכוות يولיכם לים
המלח לך עבר לא
מעלן ולא מוריין.

Si servum; non edacent eum, neque (in puteum) detrudent.

Ad nundinas gentilium ire licet.] **ירעד** David de Pomis interpretatur
שנקט סנמא במקומות ובזמן קבוע נס או פטיש נסנא
ac tempore certo, semel aut bis in anno. Vocem deductam à ירד descendere
arbitror; quia confluunt illuc omnis generis homines. Ait autor, posse
bestias, servos, agros, alia, emi in nundinis gentilium. Rationes affe-
runt, tum quia is, qui ea vendit, ex indigentia id faciat, ita ut jacturam
sæpe patiatur: tum quia in nundinis minori pretio pleraque veniunt.
Sed hoc ita accipiunt, ut emtor ad proprios usus, non ad vendendum
ea comparet. Vide Gemaram cap. i. Aboda Zara.

Quia res veluti eripiuntur ex manibus eorum.] Hoc est, rem pro per-
dita habitam recipit: nimirum chirographo: quia alioqui, quamvis
pretio persoluto, si chirographum non esset, posset gentilis inficiari
emtam esse rem. Per **dominum aedium**, intelligitur civis, aut
alius,

alius, qui propriam domum, vel fixam sedem habet, ad distinctionem negotiatorum, qui tantum parvum ad tempus in aliquo loco morantur.

Vngulas amputabit.] Non licet uti hujusmodi rebus à mercatore comparatis. Itaque jumento ungulæ, aut poplites succidi jubentur, ut sponte moriatur: vestes, vasa lignea, similiaque, abjicienda; ut exedantur à vermis, ac putrescant. Pecunia abjicienda in mare; ut & vasa ex metallo. Servum verò si in puteum inciderit, non eduent: at si non inciderit, neutiquam eo præcipitabunt. Nempe nec bene, nec male de eo merebuntur; sed negligent, nec eo utentur.

יב גוי שעשה לבנו
ולבתו משתה אסור ליהנות
מסעודתו ואפילו לאכול
ולשתות היישראל משלו
שם אסור הוואיל ובמשיכת
גויים אכלו ומאמ'ת' אסור
לאכול אצלו משיחי'ל
לעסוק ולהכין צרכי' סעודיה;
וכל ימי המשתה ולאחר ימי
ה משתה ל'ום ואם עשה
סודרה אחרת מחמת
הנשואין אפילו לאחר ל'ום
אסור עד י'ב חדש וככל
ה הרחקה הوات מפנ' עכו'ס
הוא שני וקרא לך ואכלת
מובהחו ולקחת מבנותו
לבניך ווינו וגומר:

XII. Si gentilis, filii filiæve causâ, convivium instituerit, nefas est ejus cibis uti. Quin & interdictum Israelitæ, sua illic comedere, quia comederet ea assidens gentili. Quando autem comedere ea non licet? ex quo occupari cœperit necessaria convivio præparando; omnia convivii tempore; ac à convivio diebus proximis triginta. Quod si alterum quoque convivium instituerit propter nuptias: alteris etiam xxx diebus, hoc est, usque dum exacti sint menses duodecim, id vetitum est. Hoc autem intervalli statuitur idolatriæ ergo: quia dicitur, *Et * vocet te, & comedas de sacrificio ejus, & accipias filias ejus filii tuis, iique errent, &c.*

XIII. Si gentilis, filii aut filiæ causâ, convivium instituerit, nefas est uti cibis ejus.] Exemplum habes in Daniele cap. 1.9. Apostolus 1. Corinth. x. 27. minus hic rigidus est. *Ei δε τις inquit, καλεῖ οὐμᾶς τῶν ἀπίστων, οὐ γέλετε*

γέλετε προεύεσθαι, πᾶν γόνον τῶν θυμέλεων υἱὸν ἐψίετε, μηδὲν αὐτανθρώποις
μέτε τὰς σωμάτησιν. Εάν δέ πις υἱὸν εἴπῃ, τῷτο εἰδὼλόθυλόν ἔστι, μηδὲ φίε-
τε, διὸ ἐκεῖνον τὸν μηνύσαντα, καὶ τὰς σωμάτησιν. τοῦ γάρ Κυρίου γένη καὶ τὸ σπλή-
ρωμα αὐτῆς. Συνέδησιν γένεται λέγω τὰς οὐσίας, ἀλλά τὰς ἐπέρου.
Quod si quis infideliū vos vocat, & vultis ire; quicquid apponitur vobis, edite,
nihil interrogantes propter conscientiam. At si quis vobis dixerit, Hoc idolis
maletatum est, ne edite, propter illum qui indicavit, & propter conscientiam. Do-
mini enim est terra & plenitudo ejus. Conscientiam autem dico non tuam, sed
illius alterius. Verum Iudeis non videtur tantum licuisse; quos vetuerat
Deus communionem habere cum gentilibus.

יג בַת יִשְׂרָאֵל לֹא
תַּנִּיק אֶת בְּנָה שֶׁל נְכָרִית
מִפְנֵי שְׁמַנְדָּלָת בֶּן לְעַכּוּס
וְלֹא תִּלְדַּרְתָּה נְכָרִית אֲבָל
מִלְדָּת הֵיאָ בְּשֶׁכֶר מִשּׁוּם
אִבְּהָה וּנוֹכְרִית מִלְדָּת
אֶת בַת יִשְׂרָאֵל וּמַנִּקְהָ
אֶת בְּנָה בְּרִשׁוֹתָה כְּדַי
שֶׁלֹּא תְּהֻרְגֵּנוּ:

XIII. Mulier Israelitica non
laetabit filium idolis servientis;
quia is filium ad idololatriam e-
ducat. Itidem nec obstetricabi-
tur paganae idola colenti. Sed li-
cet pro mercede odii caussa ob-
stetricari. Paganæ verò obstetri-
cis operâ uti mulieri Israeliticæ li-
cet. Etiam ad lactandum filium
suum uti eā licet: sed domi ma-
tris, ne occidat eum.

Odii caussa obstetricari.] Cur ex odio permittit obstetricari? Num
quia occasionem sic habitura interimendi fœtus, vel etiam puerperæ,
aut parturientis? Vix persuadere mihi possum, rem adeo detestabilem
à Maimonide præcipi. Vera proinde interpretatio est, odii caussa posse
obstetricari, hoc est, ad odium effugiendum. Sive ne odium gliscat,
sed potius occurratur iis, qui, si negetur hoc officium, pejus odissent,
magisque malefacerent. Neque hic gratificari me Maimonidæ, sed
re verâ hanc ejus fuisse sententiam; liquet ex capitî sequentis sectione
secunda; ubi clare ait, si quis sibi metuat ab iis, qui religionis sunt
disparis; posse ad odium evitandum medicam admovere manum; non
gratis tamen, sed pro mercede.

יד הַוּלְבִין לִירֹוד
אָסוֹר לְשָׁאת וּלְחַת עַמָּה
XIV. Cum euntibus ad nun-
dinas idololatrarum non licet
nego-

והבайн מותרין והוא שלא
יו קשורין זה בזה שאמ
הי קשורין שמא דעתן
לחוור וישראל ההולך
ביריך בהליכה מותר לשאת
ולחת עמו שמא יחוור בו
ובחויראת אסורה :

negotiari : at cum redeuntibus inde, conceditur , dummodo ne sit tota societas. Nam id si fuerit, fortasse ea cupiet reverti. Cum Israelita ad nundinas tendenti licet negotiari. Fieri quippe possit, ut deferas hoc propositum. At cum revertenti inde est interdictum.

Cum euntibus.] Puta idololatris ; ut intelligitur ex antithesi Israelitarum, quae subjicitur.

Non licet negotiari.] Ne idololatras pecunia augeas, qua in nundinis promoteant idololatriam.

Cum redeuntibus conceditur.] Quia, nundinis exactis, nihil periculi est, ne in idololatricis nundinis idola emant , vel quomodo cunque idolorum cultum roborent.

Dummodo ne sint pars societatis.] קפורים זכ בזח ligati alter ad alterum : i.e. ut vulgo dicimus, en compagnie. Porro eo , si alligati aliis sint, interdictum est, quia pars fortasse societatis in nundinis remansit : atque ad eam possit reverti , pecuniâque , qua eos auxeris , ad idololatriam abuti.

Vt deferas hoc propositum.] Nempe ubi vidit humanitatem tuam, quâ cum eo, licet ad nundinas idololatrarum tendente , seque conjiente in periculum cultus idololatrici, nihilominus negotieris.

Cum referenti est interdictum.] Quia iam ab instituto revocare serum est , postquam ad nundinas idololatrarum ivit , & ea egit , quibus idolorum cultus gliscat. Atque hæc plus lucis accipient ex §. seq.

טו ישראל משוכד
בין בהליכה בין בחוירא
אסורי ישראל שהלך ליריד
של גוים בחוירה אסורי
לשאת ולחת עמו שמא
עובדת כוס מכיר להן שם
ודמי עבודה כוס ביד

XV. Cum Israelita, qui ad idolorum cultum defecit, tam in abiitu, quam reditu, negotiari interdictum est: cum Israelita alio , ad nundinas gentilium eunti, tantummodo in reditu negotiari prohibemur. Fortasse enim idolorum, vel aliquid ejus cultui dicatum, vendi-

ישראל אסורים בנהארה :
וביר נוי מותרין בנהארה :
ומפני זה נשאים ונותנים
עם הגוי הבא מן היריד של
עbowס ואין נשאיין ונותניין
עם ישראל הבא מן היריד
ההוא ולא עם המשמד לא
בחליכתו ולא בחזירתו :

פרק עשר'

CAPUT X.

NE pacificantur cum idololatriis, ita ut iis concedant idola colendi licentiam: quia dicitur, *Non * percuties cum eis, &c.* * *Deut. 7.2.* Sed vel à cultu avertant, vel occidant. Nec eorum miserereri licet: quia dicitur, *Nec * misereberis eorum.* Iccirco, si quis viderit gentilem pereuntem, vel aquis demersum, ne opem ferat. Si eum morti proximum viderit, ne eripiat morti. Attamen manu sua eum perdere, præcipitem in putredinem dare, vel siquid huic simile, nefas est, quia nobiscum bellum non gerit.

Noti pacificantur cum idololatriis.] Interdictum, quod est Exodi xiiii.

2. solum refertur, ad septem nationes terræ Canaan. Ad omnes vero gentiles, aut idololatras, extendere illud yelle, plane fuerit crudele. Quia igitur, ibi mandatum id non habet locum; habebit alterum, quod non Scriptura solum, sed ratio etiam nos docet. Est illud,

Ne occidas. Nam occidit etiam, qui cum opitulari perituro alioqui posset, id negligit. Maimoniden hic qui purgem, non satis video. Non eum de solis Cananæ gentibus, sed universè de gentilibus idola colentibus, locutum esse; vel illud fidem fecerit, quod initio sequentis paragraphi generatim dicat, *Hæc dicta sunt de idololatris.*

ב ב"א בע"ס
אבל המוסרים והאפיקורוסין
ישראל מצוה לאבדן ביד
ולהורידן עד באר שחת
מפני שהוא מצירין לישראל
ומסירין את העם מאחריו.
מכאן אתה למד שאסור
לרפאות עובדי כוס אפיקו
בשבר ואם היה מתיירא
מהן או שהיה חושש משום
איכה מרפא בשבר אבל
בחנים אסור. ונר תושב
הואיל ואתה מצויה
להחיתתו מרפאים אותו
בחנים:

II. Hæc dicta sunt de idololatris. Sed Israelitarum illos, qui à religione desciverint, vel Epicurei evaserint, trucidare, atque ad inferos usque persequi jubemur. Quippe affligunt Israelem, populumque à Deo avertunt. Hinc discere est, prohibitum quoque esse, ne medicinam idololatris faciamus, utcunque mercedem recipemus. Cæterum si quis sibi ab iis metuat, ac se propterea fore credat exosum: mercede sanabit, gratis vero non licet. Proselytum autem inter Israelitas degentem, quia incolumem eum servare jubentur, gratis etiam curabunt,

Proselytum autem inter Israelitas degentem.] Duplices Hebræis sunt peregrini. Eorum alii, religione priori desertâ, prorsus se legi Mosaiæ subjiciunt, ac ceremonias quoque Iudaicas servant. Tales nuncupantur קָרְנֵי *peregrini justitie.* Alii autem solùm observant septem præcepta Noacho data: nam abstinent idolorum cultu, cæde, furto, & adulterio; nec vivo animali membrum amputant ad comedendum; nomini divino non maledicunt; & judices instituunt, quorum curâ hæc præcepta conserventur. Atque appellantur גְּרִים *peregrini habitantes sine habitatione:* quia habitare inter Israelitas iis licebat. Autor גְּרִים יְשֻׁבָּר כְּלֹרְכִּים עַד מִיקְבָּל עַלְיוֹ וְמִקְבָּתְהוּ כְּנִיחָה. hujus capit is: &c. Non transibit per terram nostram, donec suscepit *septem præcepta Noachidis data, &c.* Si suscepit *septem præcepta Noachidis data, est peregrinus.*

regrinus habitationis. Atque hæc non parum capient lucis ex iis, quæ differit vir nobilis, atque eximium seculi decus, Hugo Grotius, de Iure belli & pacis cap. i, sect. xvi.

ג אין מוכרים להם
בתים ושורות בארץ ישראל
ובسورיה מוכרים להם בתים
אבל לא שורות ומשכירים
לهم בתים בארץ ישראל
ובלבך שלא יעשם שכונת
ואין שכונה פחות משלשה
ואין משכירים לhem שורות
ובسورיה משכירים لهم
שורות ומפני מה החמינו
בשורה מפני שיש בה
שתיים מפקיעה מן
המעשריות וניתן להם
חנינה בקרקע ומותר למכו
ליהם בתים ושורות בחוץ
לאرض מפני שאינה ארצינו:

III. Idololatræ non vendentur domus, vel agri in terra sancta. In Syria autem domos quidem vendent, at non agros. Locabunt autem iis domos in terra Israel: cæterum ita, ut ne fiat vicinia: vicinia autem minimum è tribus constat. Nec agros hic iis elocabunt: in Syria tamen id conceditur. Cur verò gravati id sint in agris permittere, gemina ratio concurrit. Siquidem immunem eum à decimis reddit, sedemque ei in suo concedit. In iis tamen locis, quæ sunt extra terram sanctam, licet iis domos divendere atque agros: quia illa non sunt soli nostri.

Idololatris non vendentur domus, aut agri.] Haustum ex primo cap. Aboda Zara. Ratio nititur Deut. vii. 2: *אַתָּה קָרְתָּתָ לְסֵבֶרֶת וְלֹא קָחַנָּס*, neque gratiam iis facies. Quoniam autem *זֶה* varia recipit puneta; quadruplicem hujus loci sensum Hebræi faciunt. Primus est, ut *חַנָּס* juxta vulgatam scripturam notet, *gratiam iis facias*, aut *misericordia ducaris*. Alter est, significatione deducta à *חַנָּס*, *castra metari*. Quare exponunt, *ne des illis locum morandi*: unde inferunt, nefas esse campum, aut domum, in terra sancta gentili vendere. At in Syria, seu Aram, quam David subegit, permittunt venum dare; quia non ejus sit sanctimoniae, cuius sancta terra: sed agros non item; quoniam in damnum Levitarum, & pauperum, id redundet: quippe gentiles decimas non pendunt. Tertia interpretatio est, *ne des illis gratiosè*,

tiosè, i.e. ne dones illis. Quarta, ne tribus illis gratiam, à ḥi deductā significatione, i.e. ne ea laudes, ne ullam in oculis tuis gratiam inveniant, neque tibi placeant. Has omnes expositiones locum habere Thalmudi ci volunt, quia ḥannas sine scriptum est: si adasset, tantum primae interpretationi locus esset.

ד אֶת בַּמְקוֹם שְׁחִתְרוּ
לְהַשְׁכֵיר לֹא לְבֵית דִּירָה
הַתִּירוּ מִפְנֵי שְׁחוֹא מִכְנִיס
לְתוֹכוֹה֙ עַכְסָם וַיֹּאמֶר לֵאמֹר
תְּבִיא תֹּועֶבה אֶל בֵּיתךְ:
אֶבְלָל מִשְׁכֵיר לְהַן בְּתִים
לְעַשְׂוֹת אֲזֶד וְאֵין מָכוֹדֵן
לְהַן פִּירּוֹת וְתִכְוָאָה וְכִוְצָאָה
בְּהַן בְּמַחְוּבָר לְקַרְקָע אֶבְלָל
מַוְכֵר הָוּא מַשִּׁיקָץ אֵין מַוְכֵר
לו עַל כָּנָת לְקוֹץ וּקוֹצֵן
וּמִפְנֵי מָה אֵין מַוְכֵר לְהַן
שְׁנָאָמֵר וְלֹא תַחַנֵּס לֵאמֹר
תַּחַנֵּן לְהַם חֲנִיה בְּקַרְקָע
שָׁם לֹא יְהִי לְהַם קַרְקָע
שְׁיַחַנֵּן יְשִׁיבָת עֲרָא הָיא:

* Deut. 7.26.

* Deut. 7.2.

ה וְكַנְּ אַסְוָר לְסֶפֶר
בְּשִׁבְחָן וְאַפְּיוּ לְוֹמֶר כִּמְרֵה
נָאָה גְּנוּיוֹה בְּצִוְתָהוּ קָל וּחֹמֶר
שְׁיַסְפֵּר בְּשִׁבְחָה מַעֲשֵׂיו או
שְׁיַחַבֵּב דָּבָר מִדְבָּרִים

IV. Cùm verò locum iis statuant locari posse, non intelligitur ad inhabitandum. Siquidem posset gentilis inferre in eam idola. Atqui dictum est: *Ne * inferas abominationem in domum tuam.* Sed elocabunt iis domos eà lege, ut pro horreis utantur. Nec fructus, similesve proventus, aut ulla è terra nascentia, divendere iis licet, quamdiu adhaerent solo: sed demum vendere concessum, ubi præscideris, vel conditione eà, ut continuò præscindant. At cur aliter vendere prohibentur? Quia dicitur *לְאַחֲנָס*, hoc est, *Ne * des iis locum morandi in solo.* Nam si terra eorum non sit propria, ex accidenti solum fit, ut in ea moram trahant.

Ex accidenti.] Ex occasione fit, non primò vel præcipue proponitur.

V. Itidem nec concessum, aliqua profari in laudem idolorum, atque adeò dicere, *Quām bella hæc figura!* Quanto minus laudare (licet) opera ipsa, vel aliquid eorum cultui inserviens! Siquidem dicitur,

לֹא

שנאמר ולא תחנש לא
יהיה להם חן בעיןיך מפני
שגורם להדבק עמו וללמוד
ממעשי הרעים ואסוד
ליתן להם מנתנות חנים
אבל נוחן הוא לגר תושב
שנאמר לגר אשר בשעריך
תחננה ואכלת או מכור
לנכרי במכירה ולא

בנהינה:

Quanto minus laudare. קָל וּחוֹמֶר [leve, & grave, i. argumentum à mi-
nor ad majus, aut contrà. Respondet autem Latinorum huic phrasí,
quanto minus. Vt in Pirke Aboth.cap. 2.
propria dixerunt: quanto minus cum uxore proximi!

וְמִפְרַנְסֵין עַנְיָן גּוֹיִם
עַמְעַנְיָן יִשְׂרָאֵל מִפְנֵי דָרְכֵי
שְׁלוֹם וְאַזְנֵן מִמְחִין בַּידֵי עַנְיָן
גּוֹיִם בְּלִקְטֵת שְׁכָה וְפִיאָה
מִפְנֵי דָרְכֵי שְׁלוֹם וְשׁוֹאָלֵין
בְּשְׁלוֹם וְאֲפִילוּ בַּיּוֹם
אִידֵם מִפְנֵי דָרְכֵי שְׁלוֹם:
וְאַזְנֵן כּוֹפְלֵין לְהַן שְׁלוֹם
לְעוֹלָם וְלֹא יָכַנס לְבֵיתוּ שְׁלֵל
נְכָרֵי בַּיּוֹם אִידֵו לְתַת לוֹ

שְׁלוֹם מֵצָאוֹ בַּשְׁוֹק נֹתֵן לוֹ שְׁלוֹם בְּשִׁפְחָה רְפָה וּבְכּוֹבֵר רָאשׁ:

Quo minus gentium egeni in angulis relicta. [*麥希ח* quod per oblivionem
in agro relicturn est, & viduis, orphanis, ac egentibus cedit. *הַמְּלָאָן* anguli
agrorum, quos domino demetere non licebat; sed pauperibus relin-
quendi erant.

VI. Sustentabuntur egeni gen-
tilium una cum egenis Israelis, pa-
cis caussa: nec obstandum, quo
minus gentium egeni in angulis
relicta colligant, atque id quietis
ergo. Cujus gratiâ etiam saluta-
bunt eos festo illorum die. Nec
tamen bis eos salutabunt: aut die
festo salutandi ergo eorum ingre-
dientur domos. Si quis in plateis
offenderit, submissâ voce, & capi-
te submisso, salutem dicet.

Nec tamen bis eos salutabunt.] Pacis causa semel salutem dicendam ajunt, sed non geminandam, quia **פֶּסַח pax**, vocabulum quo Hebræi salutant, est inter attributa Dei, quæ temere apud gentiles usurpanda non sint. Iud. vi. 24. *Et vocavit illud, Dominus pacis.*

* Exod. 23.33.

וְאֵין כָל הֲדָרִים
הָאָלוֹ אָמְרוּם אֶלָא בָּוּמָן
שָׁגַלְוּ יִשְׂרָאֵל לְבֵין הָאוּמּוֹת
אוֹ שִׁידְנּוּיִם תְּקִיפָה עַל
יִשְׂרָאֵל אָבֵל בָּוּמָן שִׁידְ
יִשְׂרָאֵל תְּקִיפָה עַל אָוּמוֹת
הָעוֹלָם אָסֹור לְנוּ לְהַנִּיחַ גַּוְיִם
שָׁבֵד כּוֹס בְּנֵינוֹ אֲפִילּוֹ יוֹשֵׁב
שִׁיבַת עֲרָאי אוֹ עֲבָרָה
מָמָקָם לְמָקוֹם בְּסָחוּרָה
לֹא יַעֲבוֹר בָּאָרֶצֶנוּ שְׁעָדָה
שִׁיקְבָּל עַלְיוֹ שְׁבָעָה מִצּוֹת
שְׁנַצְטוּ בְנֵינוֹ נָחָשׁ שֶׁנָּאָמַר לְאָהָרֹן
יְשֻׁבּוּ בָּאָרֶץ אֲפִילּוֹלְפִּישָׁה
וְאָם קָבֵל עַלְיוֹ וּמִצּוֹת הָרִיּוֹת
וְהַגָּר תֹּושֵׁב וְאֵין מִקְבְּלִין גָּרָבָן
חוֹשֵׁב אֶלָּא בָּוּמָן שְׁהַיּוֹבֵל
נוֹהֵג אָבֵל שְׁלָא בָּוּמָן הַיּוֹבֵל
אֵין מִקְבְּלִין אֶלָּא גָּרָבָן
כָּלֶד :

Nisi tempore Jubilei.] Arachin cap. ٢٢, & Auctor noster in Halachoth Hisure Biha cap. xiv. In causa est, quod Israelita adstringatur ad viustum iis suppeditandum. Id autem facilius fieri potest tempore Jubilei; quo agros colere, & fructus colligere Israelitis non licebat.

Nisi peregrinus justitia.] Quomodo differat peregrinus justitia à peregrino habitationis, dixi ad §. 2.

VII. Hæc locum non habent, nisi Israelita à gentilibus detineatur captivus, vel ii Israelitis fuerint potentiores. At ubi Israelitæ viribus prævalent, nefas ullum inter nos relinquere idololatriam; etsi tantummodo forte fortunâ inter nos commoretur, aut uno ex loco in alterum commet mercaturæ gratiâ. Imò nec pertransire terras finemus, nisi ante receperit septem præcepta Noahidis data. Quia dicitur, * *Ne commoretur in terra tua: ne horæ quidem spatio.* Si septem illa præcepta receperint; pro peregrinis ejusmodi habentur, quibus habitare in Israelitarum terra licet. Nec habitare permittitur ejusmodi peregrino, nisi tempore jubilæi: extra id tempus nullus recipitur, nisi peregrinus justitiæ.

פרק אחד עשר

CAPUT XI.

אין הולכין בחוקות
נוגים ולא מדרמן להן לא
במלבושים לא בשערוכי יציא
בהן שנאמר ולא תלכו^ר
בחוקות הנוגים ונאמר
ובחוקותיהם לא תלכו^ר
ונאמר השמר לך פן תנקש
אהיהם הכל בעניין אחד
הוא מוהיר שלא ידמה להן
אלא יהיה ישראל מובדל
מהן וידוע במלבושים ובשאר
מעשייו כמו שהוא מובדל

מהן במדשו ובבדעתו וכן הוא אומר ואבדיל אתכם מן העמים:

ב לא ילبس במלבוש
המייחד להן ולא גndl
ציצת ראשו כמו ציצת ראשם
ולא יגלח מן הצדים ויניה
השער באמצע כמו שען
עשין והוא הנקרא בלורית
ולא יגלח השער מכנגר פניו
מאון לאון ויניה הפרע
מללאחריו כדרך שעשין זה
ולא יבנה מקומות לבניין
היכלות של עכו"ם כד'
שיכנסו בה רביס כמו שען

עשין וכל העשה אחת מאלו וכיוצא בהן לוקרה:

Non sequentur (Israelitæ) gentium statuta, nec similes erunt vel vestium habitu, vel capillis, & aliis id genus. Quia dicitur,
** Neque ambulabitis in statutis gentium.* Levit. 20.23;

Dictum quoque: Cave ne post eas illaquearis. Vtrumque hoc eodem spectat: nimirum nequis in re quapiam iis assimiletur, sed dissimilis sit; atque id ex habitu, & aëtibus reluceat; uti doctrina ac sententia longe alia est. Vnde dictum est, * Et separabo vos à gentibus. Ibid. 20.26.

II. Non vestem induet gentilibus peculiarem, non eorum instar capillis erit promissis, non utrumque tondebitur, relicts in medio capillis, nec à fronte præcïdet capillos ab una aurium ad alteram, relicta occipitis coma, quandoquidem is mos gentilibus. Non ad modum, quo delubra idololatrica exstruuntur, ædificatus est, quod multitudo istic conveniat juxta ritus gentium. Quisquis aliquid istorum, vel his simile committit, vapulat.

Non utrimque tondebitur relictis in medio capillis.] Rasuræ similis meminit Herodotus lib. iv. Macæ, inquit, λόφος περιοντας τὸ μῆν μέσου τῶν τειχῶν ανίεντες ἀνέσθιμοι, τὰ δὲ ἐνθεν καὶ ἐνθεν περιοντας σὺν γένοις. Cristas tondendo efficiunt. Nam in medio capillos sinentes crescere, hinc & inde ad cutem usque raduntur. Rectissime doctissimus Cochus observat, λόφον hic cristam esse; quod malè Valla verterat verticem capitum. בְּנֵי יִשְׂרָאֵל
unde originem trahat, ignoro.

Nec præcedit capillos ab una aurium ad alteram.] Tonsuram designat, quam veteres nuncupavere. Έκλόρον κευράν. De qua Iulius Pollux: Έκαλεῖτο δέ πει κυρρή καὶ Έκλόρει οὐ κέμη τοῖς Φησιν Αναξίλα.

Τέλος Έκπορείου τηλέφιμερον κέμιλα.

Τιμᾶς δὲ τηλέφιμον τωτίλην περιεστάλιται μῆν δεῦν τοῖς μέτωπον λέγει, τείκυχύσθιμοι δὲ τῷ τειχήλῳ. Hectorea verò tonsura quædam, ac coma item vocabatur: de qua Anaxilaius ait: Hectoream & amabilem comam. Timæns autem ait, in tonsura hac circa frontem quidem præcidi comam: ac posteriorem per cervicem diffluere. Tonsura hujusmodi etiam dicta est Theseia. Cujus rei cauſam ad fert Plutarchus in vita Thesei, his verbis: "Εὗος δὲ ὅντος ἐν τόπει τοῖς μεταβαίνοντας σὺν παιδῶν ἐλθόντος εἰς Δελφούς ἀπάρχειαν τῷ Θεῷ τὸ κέμης, ἥλιτρον μῆν εἰς Δελφούς ὁ Θησεὺς, καὶ τόπον ἀπ' αὐτὸς τηλέφιμον Θησείαν ἐν νῦν ὄνομαζειαν λέγοντες. Εκείρατο δὲ τηλέφιμον μόνον, ὡστε "Ομηρός ἔφη τὸς Αἴγαρτος, καὶ τοῦτο τηλέφιμον τὸ γένος Θησεῖς ἀνομάλη δι' ἀκείνον. Cum verò consuetudo foret, ut qui ex pueris excederent, Delphos profecti come primicias Deo consecrarent; adiit & Theseus Delphos, & locum hac quoque memoria ab eo Theseam vocari arbitrantur. Tonsum autem sinciput solum; ut de Abantibus refert Homerus: atque hoc est tonsuræ genus, quod ab eo dicitur Theseis. Negat Maimonides, Iudeis hunc morem sequi licere. Fecere tamen, si Nonno credimus, paraphrasi Ioan. cap. xi: ubi Galilæos ὄπισθιομένος appellat:

Χειρὸς ὄπισθιομένων μερόπων θοινήτορει λαῶ

Κλητὸς ἐλευσινόδορτος.

Christus retrocrinitorum hominum epulanti populo

Vocatus erae conviva.

Non tamen assentio viro eruditissimo, qui existimat, idem esse ὄπισθιομένον, & τείκυκλην τῆς κεφαλῆς. Siquidem potest quis promittere retro pendulos crines, et si κυκληδόν, sive ἀντροχαλόν, hoc est, in orbem non fuerit detonsus.

נְכוּםִ שָׁהִיתִ מַסְתָּפֵה
מִשְׂרָאֵל כִּיּוֹן שָׁהָגַע
לְבָלוּרִיתּוֹ קָרוֹב לְשָׁלוֹשׁ
אֲצָבֻוֹת לְכָלָרוֹחַ שָׁוֹמֵט אֶת
יְדוֹ יִשְׂרָאֵל שָׁהִיתִ קָרוֹב
לְמַלְכֹות וְצָרֵךְ לִשְׁבַּב לִפְנֵי
מֶלֶכְיָהָם וְהִיה לוֹ גָּנָא לִפְנֵי
שְׁלָא יִדְמָה לְהַן הַרְיָה וְהָ
מוֹתָר לְלִבּוֹשׁ בְּמַלְבוֹשָׁן
וְלִגְלָח כְּנָדָר פְּנֵיו כְּדָרֶךְ שָׁהָן שְׁזִין:

III. Israelita gentilem ton-
dens, ubi quasi ad tertium ab omni
parte comæ digitum pervenerit,
reliquo supersedebit. Israelita re-
gi (gentili) familiaris, quem co-
ram rege considerare est necesse,
si turpe fuerit non sequi morem
istic receptum, licebit indui ha-
bitu, qui ibi obtinet, ac eorum
instar caput tondebit.

ד אַיִן מַנְחָשִׁין כְּגַוִּים
שֶׁנְאָמָר לֹא תַנְחַשׁ כִּיְצֵד
הָוֹא הַנְחַשׁ כְּגַוּן אַלְוֹ
שָׁאוּמָרִים הַוְאֵיל וְנַפְלָה פְּתִי
או נַפְלָל מַקְלִי מִידִי אַנְיִ
הַוְלָךְ לִמְקוֹם פְּלוֹנִי הַיּוֹם
שָׁאַסְאָלָךְ אַיִן חַפְצִי נְעַשֵּׂם
הַוְאֵיל וְעַבְרָר שְׁוּלָל מִימִינִי
אַנְיִיעַצָּא מְפַתְּחַבְּתִי הַיּוֹם
שָׁאַסְמָמָתְתִי הַיּוֹם
רַמְאַי וְכַנְ אַלְוֹ שְׁוּמָעִים
צְפָאָפָה הַשְׁפָּאָה וְאַסְמָרָה הַיּוֹתָה
כְּרַדְוָא יְהָה כְּרַדְשָׁפְלָעָשָׂות
דְּבָרְ פְּלוֹנִי וְרַע לְעָשָׂות דְּבָרְ
פְּלוֹנִי וְכַנְ אַלְוֹ שְׁאַוְמָרִים
שְׁחוֹת תְּרַנְגּוֹל וְהַשְׁקָרְיָה
עֲרָבָה שְׁחוֹת תְּרַנְגּוֹל שְׁקָרְאָה כְּמוֹ תְּרַנְגּוֹל וְכַנְ הַשְׁמָמִים סִמְנִין

IV. Non captabunt auguria
more gentilium : quia dicitur,
*Non * utemini auguriis.* Augurium * *Lev. 19. 26.*
autem est, quando quis dicit : Si
offa ori exciderit, aut baculus ma-
nui, non accedam hodie locum
istum : quia si id agerem, negotia
non succederent. Aut, si vulpe
dextram meam prætergressa, non
egrediar foribus domus meæ, ne
forsan egresso obviam fiat im-
postor. Itidem cum attendunt a-
vium cantus, atque inde colli-
gentes, ajunt : Hoc ita eveniet;
istoc facere expedit, illud non i-
tem. Similiter cum gallum jubent
necari, quia cacillet, aut gallinam
ob cantum. Etiam quando ali-
quod sibi signum statuunt, hoc
עֲרָבָה שְׁחוֹת תְּרַנְגּוֹל וְהַשְׁקָרְיָה
עֲרָבָה שְׁחוֹת תְּרַנְגּוֹל שְׁקָרְאָה כְּמוֹ תְּרַנְגּוֹל וְכַנְ הַשְׁמָמִים סִמְנִין

לעצמו אם יארע לי בך וכך
אעשה דבר פלוני ואם לא
'ארט לי לא אעשה כאלי' שור
עבד אברהם וכן כל כיוצא
בדבריהם האלו הכל אסור
וכל העשה מעשה אפילו דבר מדברים אלו לוקה:

animo: Si istoc evenerit, faciam
hoc; si minus contingat, non
faciam: ut fecit Eliezer, Abra-
hami servus. Ac quisquis fecerit
horum aliquid, vel tale aliud, va-
pulat.

Augurium autem est.] Augurium h̄ic Maimonides describit. חַמְס verbum natura μέσον. Aliquando est, explorare, indagare, prudentiā aliquid assequi, ex rerum circumstantiis conjectare. Aliquando, omina captare, auguria sc̄tari. Vnde semper חַמְס LXX senes transtulerunt οἰωνίζεσθαι. Quam latè se vox extendat, non facilè dixeris. Numer. xxiv. 1. habemus vocem חַמְס seu augurem. Nam ait S. S. אָלָה סָלֵך כִּכְסָס כִּכְסָס לְקָרְבָּן נַחֲמִיס non ivit hac vice, ut antea, ad auguria captanda. Vult, ni fallor, divinus Moses, Bilhamum, postquam iteratō advertisset, ex ore D E I prospera omnia Israelitis portendi, noluisse tertio captare omina; sed, quasi confidentem, jam ivisse, ut prosequeretur, quod spiritus Dei dictaret. Respiciunt autem hæc verba ad caput superius, quo traditum erat, eum cæsis bestiis, & altari impositis, digressum; credo, ad observanda prætervolantium avium omina, aut simile quippiam, quod casu offeratur. Ita חַמְס Bilhami fuerit propriè augurium. Et cum idem ait: אָלָה חַמְס נִשְׁקָב וְאָלָה קַסְס כִּכְסָס mentem hanc puto, Non est augurium, vel omen, contra Iacobum, nec divinatio contra Israelem. Atque inde verba, Fortasse obviam fiet Deus mihi, &c., quamcunque rem ostenderit mihi, indicabo tibi. i. e. videbo, quale mihi signum Deus offerat, & tibi renuntiabo. Gerundensis ad Deut. xviii. 19. vult, חַמְס, &c. חַמְס esse species generis סָלֵך. Hoc μάυλις est senibus LXX: ut חַמְס אַלְמֹדֵנִי צָרְבָּשׂ &c., חַמְס אַוְנוּ צָרְבָּשׂ &c. Rabbini ab חַמְס deducunt, ut notet temporum observatorem: alii, sed minus verisimiliter, derivant ab סָלֵך אַבְּבִיס: ut mathematicum notet: alii ab חַמְס præstigiis nisi illud ab סָלֵך, quia præstigiator, חַמְס, oculos eludit. Sed si, ut arbitror, ab סָלֵך deducenda vox est: liceat & dicere, חַמְס venire à speculando, proprieque notare auspiciem, εργεστηπον. חַמְס autem sit, qui qualiacunque omnia vel signa attendit, etiam terrestria: uti hic est in Maimonidæ descriptione.

Si offa ori exciderit.] Ut in tripudio solistimo; de quo Cicero lib. ii.
de Divinat. Livius lib. x. & Festus.

Si vulpes dextram meam, &c.] De divinatione ex vulpe, lupo, cane, quadrupedum aliis, vide eos, qui de Divinatione scripsierunt. Hujusmodi auspicia pedestria dicebantur.

Avium cantus.] Oscines aves, cantu, ut præpetes volatu, auspicium faciebant. Vide, præter alios, Agellium lib. vi cap. vi.

Quia cacillet.] Quod gallinæ proprium, ut est apud auctorem Philomelæ: *Cucurrire solet gallus, gallina cacillat.* Ut *cantillo à canto*: sic *cacillo à caculo*: quod Belgis itidem *Kakelen*. In Aldina, uti & veteri Veneta anni *cccc LXXXVI*, pro *cacillat* est *gracillat*. Sed sequor MSSos meliores: quos & Schottus expressit observationum Humanarum lib. ii cap. iii. Existimet aliquis, verti potuisse propter *pipatum*: quia id gallinarum proprium. Varro in *Aboriginibus*: *Mugit bos, ovis balat, equi hinniunt, gallina pipat, grunnit suis.* Sed puto Varronem pullum gallinaceum signare, cuius *pipare*, vel *pipire*: ut apud Columellam lib. viii cap. v. Imo & accipitri tribuit auctor Philomelæ. Quare nihil proprium magis cacillatione. Et tamen vocabulum id majoris esset auctoritatis, si scriptor Philomelæ esset Ovidius ipse, non Grammaticus quispiam, quod res clamat; atque is Christianus; ut extremi versus ostendunt.

Gallinam ob cantum.] De hoc, &c. aliis, Terent. *Phorm.* act. iv. sc. iv.

Quot res? postilla, monstra evenerunt mihi.

Introit in ædes ater alienus canis.

Anguis per impluvium decidit de tegulis.

Gallina cecinit: interdixit hariolus.

Aruspex vetuit ante brumam autem novi

Negoti incipere.

Viifecit Elizeer, Abrahami servus.] Signorum, quæ homines petunt, alia certo judicio, alia temere petuntur: ut observat avus meus, Franciscus Iunius, ad xxiv. cap. Gen. in Analysi. Quæ judicio certo petuntur, illa aut aperto Dei mandato, aut occulto ejus instinctu postulantur. Vtrumque autem à spiritu Dei est: quemadmodum à Gedeone, & Ionathane, factum legimus. Elihezeri postulatum ex instinctu Dei fuit; nempe recumbente eo in promissiones illius, quas ipse tum fide percepérat, tum Abraham, auctor itineris, pronuntiaverat. Vnde miror, Maimoniden petitionem Elihezeri inter illicitas reponere. Fortè putabat, tentationem Dei esse; quod tamen sentiendum non est. Melius Moses Gerundensis verba haec ait prolata *הַקְרֵב מִן־מִזְבֵּחַ* per modum rogantis. Gemara Holin cap. vii. ait, *כֹּל כָּהֵן מִנְחָה כְּנַחֲמָה לְלִיעּזָר עַבְדָּר* *Qaecunque conjectio non est instar conjunctionis Elihezeris*

Elihezeris servi Abramam, & Ionathanis, filii Sanli, non est conjectio. Mens ejus dicti, juxta Hebreos tantum licitum esse divinandi illud genus, quo, ante eventum rei, homo signum aliquod concipiatur; ex cuius eventu conjectetur, quid sibi faciendum sit. Quia si signum illud, quod animo concepit, eveniat, ipse Deus videatur consilium ejus approbare. Itaque posse aliquem exemplum Elihezeris, & Ionathanis, sequi: at si res quæpiam fortuita evenerit, priusquam homo secum signum aliquod conciperet, uti si inopinanti lupus offeratur; non licere id pro omni habere.

ת מ' שאמר דירה
 וּשְׁבַנְתִּי סִמְן טוֹב הַחֲדָה
 עַל אֶשְׁאָה וּשְׁנֵשָׁאתִ
 וּבַהֲמָה וּשְׁקִנִּיתִ מִבְרוּכָתִ
 הַחֲדָה וּמִעַתָּה שְׁקִנִּיתָה
 הַעֲשָׂרָתִי וּכֹן הַשׁוֹאֵל לְתִינּוֹק
 אֵין זֶה פְּסֻוק אַתָּה לְומַד אָסָ
 אָמַר לוּ פְּסֻוק מִן הַבְּרוּכָה
 שְׁמָחָה וַיֹּאמֶר וְה סִמְן טוֹב
 הַוְּאֵיל וְלֹא כִּיּוּ מַעֲשָׂיו וְלֹא
 נִמְנַע מַלְעָשׂוֹת אֶלָּא עֲשֵׂה
 סִמְן וְהַעֲצָמוֹ לְדִבֶּר שְׁכָבָר

V. Dixerit aliquis, Ex quo domum hanc exstruxi, aut mulierem hanc duxi, aut animal hoc emi, prosperè mihi res cessere; quippe opibus sum auctus. Item, interrogat quis puerum; quem versum dicerit; atque ille referat versum quempiam ex benedictionibus: tum (alter) subjiciat, bono se id omni ducere: tantum ne propterea progrediatur in opere, vel ab eo cesset: sed duntaxat pro signo habeat rei jam præteritæ. Sanè pacto isto pro licitis habentur.

חיה הרוי זה מותך:

Civitatem tuorum et ipsa hanc exstruxi.] Holin cap. vii. legas Domini, puerulus, & mulier, ameti non sunt auguria, sunt signa. Id est, si post aedificationem aut emptionem domus, alicui fortuitum aliquid evenerit, latum aut improsperum, potest hoc habere pro laetitia aut tristitia signo, & conjectare inde, recte, an male fecerit. Ideoque licet dicere pueru, פְּסֻוק לְפָנָיךְ Recita mihi versum tuum; ut si versus fuerit tristis, tristitiam; felix, gaudium inde capiat. Hoc, inquit Maimonides, post rem jam peractam facere conceditur: at non ita conjectaretur de re futura; quia omen tale possit hominem impellere, ut idcirco hoc, vel illud faciat, ab altero autem abstineat: idque ille fieri debere negat. Sed aliter Hebreorum aliis versum:

Nam

Nam eodem cap. Holin legas, R. Iohanan, cùm Babylonem petiturus esset ad visendum Semuelem, jussisse, puerum quempiam sibi recitare versum, quem didicisset: eumque protulisse verba Samuel xxviii. 3: *Et Semuel mortuus est: indeque conjectasse, mortuum jam esse Semuel, quem invisere volebat, eoque itinere abstinuisse.* Idem ab aliis magistris factum. Volunt etenim Thalmudici, postquam Prophetæ esse desierunt, saepe pueros futura solitos prædicere, & esse vaticinium aliquod in versu hoc, vel illo, quem è S. Scriptura protulissent. Cæterum talia pro omni habere, nefas omnino videtur: & ex Hellenismo hoc tractum, non obscurè observasse mihi videor. Ait enim Plutarchus lib. de Iside & Osiride, *Ægyptios putare, παιδάρα μανῆς διώματιν ἔχειν, καὶ μάλιστα τοὺς τοῦτων ὀπένεσθαι καληδόστην παιζόντων σὺν ιεροῖς καὶ Φεγγυμένων ὅπλῶν τύχωσι, pueros facultate divinandi esse præditos, & maximè omnis loco accipi, siquid ii in templis ludentes forte pronuntient,* Addit, superstitionem inde natam, quodd Isis, quærens arcam, cui Osiris Typhon incluserat, cùm ex cæteris nihil resciceret, tandem quod vellet, ex pueris cognoverit, qui arcam natantem in flumine viderant. Simile & huic alterum sortium genus, ex nobilis poetæ versibus: quod *παψῳδομαρτίαν* dixere. Eoque pertinent sortes Virgilianæ; de quibus Spartianus in vita Hadriani. Quid, quod Christiani nonnulli itidem ex Sacra Scripturæ loco, qui aperienti eas se forte fortuna primò obtulisset, quid faciendum, futurumve esset, statuebant, oraculi id loco habentes? ut ex Gregorii Turonensis lib. iv, & v, constat. Etiam mos gentibus fuit, ut si in negotio quopiam minus viderent, quid facto opus foret: in publicum prodeentes, vocem, quam audirent, pro omni haberent. Nec multum ab ludit, quod Cicero II. lib. de Divinat. refert: *Cum, inquit, M. Crassius exercitum Brundisi imponeret, quidam in portu caricas Cauno adiectas vendens, Cauneas, clamitabat. Dicamus si placet, monitum ab eo Crassum, caveret, ne iret.* Veteres quippe Romani V consonum pronunciabant ut Germani W: nempe *cave*, quasi esset *cave*: ita ut *Cauneas* sonaret, quasi *cave ne cas*. Hebræi, qui licita hæc censem, eò ajunt pertinere illud Iesaiæ xxx. 21: *Et aures tue audiunt à tergo tuo dicentum, Hæc illa est via, incedite per eam, cùm dexteram aut sinistram petetis.* Eodem etiam referunt, quod Iud. vii. 11 Deus jubet, Gideonem ire ad castra Midianitarum, & audire, quos inter se sermones habeant. Sed profectò quantum hæc distant, ut quis istoc agat ex mandato Dei, & absque illo! quorum posterius quin superstitionis sit, minimè dubitandum.

ו איזחו קוסם וזה העשה מעשה משאר המעשיות כדי שישוב ותפנה מחשבתו מכל הדברים עד שיאמר דבריהם שהחידים להיות ויאמר דבר פלוני עתיד להיות או אינו והוא או שיאמר ש ראוי לעשות כך והו הומו מכך :

V I. Cujusmodi est divinator?
Qui hoc , vel illud agit,cogitatio-
nibus nulli intentis rei, donec fu-
tura prædixerit,statuendo,hoc vel
illud futurum , aut istoc vel aliud
facere oportere. A cujusmodi ca-
vendum nobis.

Cujusmodi est divinator?] סְפִירָה, quod Maimonides usurpat, nunc in bonam, nunc malam partem sumitur. In malam passim accipi videoas: ut cum signat divinationem eam, quæ præstigiis fit, aut malorum spirituum commercio. Vt Sam. xxvii. 1. קְסַתִּי לֵי בְּתוֹב . divina quæsō mihi per Pythonem. Vnde D. de Pomis inquit: חַלְקָה כְּלָלָת לְכָל חַיִּים חֲרֵטִיתָמָת לְדָרוֹתָם : כְּמוּ בְּיִהוּאָנָגָנָה נְגֻרָמָנָה נְגֻרָמָנָה קִרְרוֹתָנָה וְחַרְבָּה וְלֶחֶם : generale vocabulum diversis divinandi generibus: ut sunt γεωθλιακή, γεοματία, νεκροματία, ὄνοματία, χειροματία, aliaque præterea. Geomantiam designat Maimonides, cum seq. §. ait, divinantium nonnullos uti arenâ. Morem eorum circulum aut lineas terræ inscribendi, & spatia ad certam normam distinguendi, memorare hic supervacuum est: quippe vana hæc, & aliis plusquam satis memorata sunt. Et fortassis peculiariter iidem erant, qui γεομάτεις, quos Orienti notissimos fuisse, dubitandum non videtur. Tradit Leo Africanus lib. 111, hanc divinationis speciem maximè apud Africanos in usu esse. Et qui ea utuntur, vocari Muhazzimin.

Cogitationibus nulli intentis rei.] Designat alienationem mentis attonitae cum impotentia sui : sive vehementem imaginationem, qua sic abripitur animus, ut quasi extra hominem sit, corporeasque functiones negligere prorsus videatur. ^v*Ensecurorū* dixere, quæ vox & sanctis convenit prophetis. Est enim vox media : unde Tertullianus lib. de anima: *Ecstasis hoc operatur de suo proprio, ut sic nobis sapientiae imaginem inserat, ut errorum.* In divinis vatibus SS. Patres etiam *καλοχλω* vocant : quando ita animus Spiritu S. afflatur, ut terrena negligens, à sensibus corporeis vacuus, solum divinis se occupet.

וְיֵשׁ מִן הַקּוֹסְמִים
שָׁמְשָׁמִים בְּחֹל אֶת
בָּאָבָנִים וַיֵּשׁ מִן שְׁגֹהָה
לְאָרֶץ וְצֹעָק וַיֵּשׁ מִן שִׁיסְתָּכֵל
בְּמַרְאָה שֶׁל בָּרוֹל אֶת
בְּעַשְׂתִּית וּמְדֻמֵּין וְאָמְרִים
וַיֵּשׁ מִן שָׁאוֹחוֹ מַקְלֵי בַּידָוֹ
וְנִשְׁעָן עַלְיוֹ וּמִכָּה כָּוֹעֲד
שְׁתְּפִנָּה מְחַשְּׁבָתוֹ וּמְדָבָר
הָוָא שְׁהַנְּבִיא אָוֹמֵר עַמִּי
בָּעָזָו שָׁאַל וּמַקְלוֹ גִּיד לֹ:

VII. Sunt inter divinatores, qui utantur arenâ, vel lapidibus: sunt item, qui humi procumbentes divinent: alii etiam, qui speculum ferreum, vel vitreum vas inspiciant, ac ubi secum cogitarunt, proloquantur. Sunt itidem, qui arrepto in manum baculo eidem innitantur, mox terram percutiant, donec cogitata proferant. De hoc propheta ait: *Populus * Hof. 4.11. meus lignum suum consulit, ut baculus ejus indicet ipsi.*

Vel lapidibus.] λαζομανίαι designari dixeris: de qua pauca apud veteres leguntur. Volunt signari ab Orpheo, ubi de Siderite lapide agit: meminisse item Iamblichum. Etiam existimant, ad hanc divinationis speciem respici Levit. xxvi, 1. ubi prohibentur ἀγνοεῖσθαι, quod transferunt lapidem imaginationis. Sed melius ii, qui lapidem figuratum vertere. Chaldaeus, ἀγνοεῖσθαι habet, lapidem adorationis. Arabs

جَسْرَةُ مَنْرُوقَةٌ lapidem pictum. Græci λαζον σκοπόν.

Qui humi procumbentes divinent.] Exstasis patientes intelligere vindetur.

Qui inspiciant speculum ferreum.] Exemplum apud Spartianum habes de Iuliano; qui sic Severi adventum, & Iuliani decessionem, vidisse dicitur. καλοπτερομανίαι vocant.

Vel vitreum vas.] λαζομανίαι hæc nuncupatur: nempe ἀπὸ τῆς γαλαζρης, vase vitreo, ac ventricoso. Genus hoc divinationis est & Turcis in usu. Leo Africanus lib. 111. cap. de fatiloquis: *Alii, inquit, aquam camino vitreo infusam, olei gultulâ admixtâ, lucidam & transparentem reddunt, in qua tanquam in speculo dæmones confertim se videre affirmant, qui exercitum numerosum representant, quorum nonnulli in itinere sunt, alii rivum transmittunt, alii terrestre prælium gerunt: quos ubi quietos vident, de rebus quas scire cupiunt interrogant: dæmones porrò nutibus respondent, vel aliquo manuum vel oculorum indicio: adeo temeraria atque damnanda est horum hæc in re credulitas. Vitrum illud*

illud vas pueris interdum, vix oclavum egressis annum, in manum dant, à quibus
num hunc vel illum viderint dæmonum, interrogant. Non absimilis huic est
λεκανομαντία: cujus & Tzetzes meminit Chil. II. 44. de Proteo:

Ἐγὼ δὲ λεκανόμαντιν τοῦτον τὸν ἀνδρὸν λέγω,

Ἄπουντα περιδεινυσούσα ταῖς λεκανομαντίαις.

Ego verò per pelves vaticinatum hunc virum dico,

Omnia præmonstrantem divinationibus per pelves.

Qui arrepto in manum, &c.] Refert locum Hoseæ ad ῥαβδομαντίαν: quid & B. Hieronymus facit. Iarchi, & Aben Ezra, accipiunt de simulacro ligneo: & ita quoque Jonathan transtulit; quem libentiū sequar, quia simplicius videtur. Quamquam non ideo improbem opinionem alteram. Nam ex Herodoto lib. iv. constat, Scythes virgis in divinando usos: sed alio modo, quam hic Maimonides tradit. Nam illi virgas singulas humi sternebant, ac vaticinantes intereaprehendebant eas, componebantque. Vide etiam Strabonem de Persarum Magis lib. xv.

* Denu. 18. 10. **ח אסור לקוסם וילשואל לקוסם אלא שהשואל לקוסם מכין אותו מכת מרודות אבל הקוסם עצמו אם עשה מעשה מכל אלו וכיוצא בהן לוקה שנאמר לא ימצא בך קוסם קסמים:**

ט איזחו מעונן אלונותני עתים שאומר' באצטניניות יום פלוני טוב יום פלוני רע ראי' לעשות בו מלאכה פלונית שנה פלונית או חודש פלוני רעל דבר פלוני

VIII. Divinare prohibeniur, ut & divinatorem consulere: eoque hoc qui egerit, poena rebellium afficitur. Ac divinator ipse, siquid horum, vel illis simile egerit, vapulat. Quoniam dicitur: Nec * reperiatur in te divinatione divinans.

IX. Cujusmodi est mathematicus? Sunt ii, qui distinguunt tempora, & ex astris prædicunt, hunc illumve diem faustum esse vel infaustum; vel annum hunc, aut mensem, certo negotio vel convenire, vel infelicem fore.

Cujusmodi

Cujusmodi est *Mathematicus*?] Censeo, non eisdem esse, ac *אַכְלִילָה*, Qui eo differunt *τρίσι*, quod hi ex siderum constitutione futura divinunt: illi ex siderum dispositione statuant, ecquid, quod animo agitant, feliciter sit successorum, necne. Ita distinguit Aben-Esra. Priores illi, quos *עֲבָדִים*, & *חַמְבָּתִים*, vocari dicebamus, Græcis *ἀρρεσκότη*, nuncupantur, & ars ipsa *ἀρρεσκοτία*, quando ex hora natali, & constitutione astrorum, fatum alicujus dijudicabatur: unde *ἀρρεσκοπῶν* *ἀστέρας*, *stella natalitia*, quæ observatæ nativitatis horâ futurorum eventus ostendit. Veteribus ad hanc rem usurpati Genethliaci, Mathematici, ac Chaldæi; quibus ars ista propria. Vnde *artem Chaldaam* Tacitus vocat. Sed *רְוֵן* esse dicebamus, qui siderum adspectu operantur. Estque ab *רְוֵן*, id est, *decretem ac statutum tempus*. Ergo non incommode verteris, *temporarij*. Iubent enim in agendo aliquid observare tempus. Nec tamen id faciunt more Romano, quibus ater dies, quo cladem ab hoste accepissent: sed *Ægyptio* ritu; unde & diebus *Ægyptiis* nomen, sine dubio ab superstitione *Ægyptia*, quæ siderum conjunctiōnem & oppositionem attendebat: atque inde de influxu in inferiora hæc colligens, judicabat, ecquid eo die agere oporteret. Putant huc respexisse B. Apostolum Paulum ad Galatas iv: *Dies observatis, & menses, & tempora, & annos*. Vbi, nisi fallit inscriptio, sic B. Ambrosius: *Dies obseruant, inquit, qui dicunt, ut puta, Craftino profiscendum non est: post craftinum enim non debet aliquid inchoari: & sic solent magis decipi*. Hi autem collunt menses, qui cursus Lunæ perscrutantur, dicentes utpote, *Septimâ lunâ instrumenta confici non debent: non à lunâ servum, emptum ut puta, domum ducere non oportet: & per hæc facilius solent adversa provenire, &c.* Tandem ait: *Hac superstitione utuntur, quæ longe debet esse à servis Dei. Si enim Deus ex toto corde diligatur; nulla debet esse formida, neque suspicio harum rerum. Prospere enim potest cedere, quicquid simpliciter sub Dei devotione fit*. B. August. Comment. in cap. xv. Epist. ad Galatas, id vocavit, *tempora rerum agendarum à Mathematicis accipere*.

X. Tempus certis rebus assignare, et si (secundum hoc) non opereris, nefas est: sed vanitas ejus detegenda, quando quid pro re vera, ac sapientum sententiâ, habent stolidi. Quicunque autem juxta

מעשה מפני האצטנוגניות
וכיוון מלאכתו או הליכתו
באותו העת שקבשו הוברי
שמות הרוי וה לוקה שנאמר
לא תוענו וכן האוחז את
העינים וCMDROMה בפניהם הרואים
שעשה מעשה תמהון והוא
לא עשה הרוי וה בכלל
מענן וлокחה :

* L. 19. 26.

tempus ab Astrologis statutum operatur, iterve suscipit, vapulat: quia dicitur, *Ne tempora observes.* Itidem, qui oculos præstinguit, ita ut aspicientibus videatur miranda agere, cum nihil agat ejusmodi; sub mathematici nomine comprehenditur, eoque vapulat.

Inuxta tempus ab Astrologis statutum.] De hoc discrimine temporum, juxta Chaldaeos sive Babylonios, etiam veterum plerique accipiunt locum Pauli ad Gal. iv. 10. *Dies observatis, & menses, & tempora, & annos.* Vide August, epist. cxix, & Enchirid. cap. lxxix. Sed rectius Chrysostomus, Hieronymus, alii, de Iudaicorum festorum observatione interpretantur: uti de noviluniis, festo tabernaculorum, anno septimo, & aliis id genus: cujusmodi legales dierum observationes pseudoapostoli urgebant.

יא א' והוא חובר והוא
שמדבר בדברים שאין
לשון עם זאין להם עניין
ומעליה על דעתו בסכלותו
שאותן הדברים מועילים עד
שהן אומרים שהאומר כך
וכך על הנחש או על העקרוב
אינו מזיך והאומר כך וכך
על האיש אינו נזיך ומגן
אווחו בידו בעת שמדבר
מפתח או סלע וכיוצא
ברברים האלו הכל אסור :

XI. Qualis est incantator? Qui verbis utitur nulli genti usitatis, & nihil significantibus, stultitiaque hac aliis it persuasum, verba ista prodesse. Ita dicunt, Si quis hæc, vel ista profatus sit coram serpente, aut scorpione, nihil damni dabit: vel si protulerit in virum, nocere is non poterit. Sunt in his etiam, qui, inter loquendum, clavem arripiant, aut nummum, vel hujus generis aliud. Omnia verò hæc nefaria, habentur.

Qualis

Qualis est incantator.] חוכר *incantator* à חוכר. Hoc notat *associare*, *conjugere*. Sed cur inde incantatori sit nomen, non satis est apertum. Communior est opinio, ex eo esse, quia incantatores sic serpentes, aliaque noxia socient animantia, ut nullam afferant noxam. Hebræi enim interpretes exponunt, *sociare animalia per incantationes*. Vnde חוכר קטן & חוכר גודל, pro magnis & parvis animalibus, quæ incantantur. Alii censem, attendi societatem & consortium incantatoris cum dæmonie. Quid si & tertiam in incantatione addamus societatem ? puta verborum, & venenorum. Seneca Medeâ :

Addit venenis verba non istis minus Metuenda.

Interea metuo, nequid horum vera sit nominis caussa : ac potius alia, eaque minus obvia fuerit verbi חוכר significatio, unde derivetur.

Clavem arripiant.] Κλειδομανίας nomen inde ortum : cujus superstitionis hodie reliquiae manent.

יב והחומר עצמו שאחו בידו כלום או שעשה מעשה עם דברו אפילו הראה באצבע הר' זה לוקה שנא' לא ימציא בך וגנו' וחומר חבר אבל אם אמר דברים בלבד ולא הניד לא אצבע ולא ראש ולא היה בידו כלום וכן אדם שאמר עליו החומר אותן הקולות והוא ישב לפניו ומרמה שיש לו בורא הנאה מכין אותו מכת מרדות מפני שנשתחף בסכלות החומר וכל אותן הקולות והשמות המשונים המכובשי לא ירע וגס היבט אין אותן:

XII. Incantator quippiam manu prehendens, aut verbis (apud incantatores) receptis opus peragens, vel etiam digito quid demonstrans, plectendus est, quia dicitur: *Ne* inveniatur inter vos.... incantans incantationem.* At quid si verba protulerit absque digitis vel capitulis motu, nec quicquam manu tenuerit? Sic quoque is, coram quo verba sint prolata, modò ille iis fidat, ac profore sibi habeat persuasum, plectendus est verberibus rebellionis, quia particeps fit stultitiae incantatoris. Omnia autem verba nominaque illa mutata ac turpia, nihil boni vel mali adferent.

* *Dest. 18. 10.*

ין מי שנשכו עקרב או נחש מותר ללחש עלי מקום הנשיכה ואפלו בשכת כרי לישב דעתו ולחוק לבו אעפ' שאן הרבר מועיל כלום הויאל ומסוכן הוא התירו לו כרי שלא תטרף דעתו עליון:

XIII. Si quem scorpio , aut serpens momorderit , possit parti corporis læsæ adhibere incantationem ; idque vel sabbatho ipso : nempe ut animus sic conquiescat , & cor firmetur. Vt cumque enim nihil incantamentum juvet : permittitur tamen , quia periculosest animo persistere sic perturbato.

Possit parti corporis læsi adhibere incantationem.] Sanedrin cap. xi. §. 1. inter eos , quibus non est חַלְקָה לְטֻוּם הַכְּנָסָה fons futuri sæculi , reponiturqui plagæ adsusurrat verba certa. Erant ea Exod. xxv. 26. כָּל הַמְחָלָס חֲסֵר מִתְחַדֵּשׁ בְּחַנְנָרִים לְאַתְּ מִסְעָרֵךְ כִּי חָנֵן ס' רַפְּךָ Omnem languorem , quem imposui Egypto , non imponam tibi . Nam ego dominus medens tibi . Solebant autem despouere in terram incantatores illi , quod conjunctum cum irreverentia nominis divini . Vnde R. Iohanan Misnam tantum accipiendum putabat כְּרוֹקֶן לְפִי מִצְרָיאַת זָכִירִין מס' מִתְחַדֵּשׁ מִלְּקָרִיקָה : de eo , qui despuit . Quia nomen Dei proferendum non est ad sputi ejectionem . Alii verò id illicitum quoque rebantur , quamvis nec Dei nomen efferretur , nec spueretur . Id concedebant , ut quis valetudine prosperâ fruens legeret certa Psalmorum verba , quo iis ceu Φυλακτηρίᾳ adversus dæmones & improspera muniretut . Vide eruditissimi Cochi notas ad citatum locum . Itaque verba Deut. cap. v: quæ incipiunt סְמִינָה יִשְׂרָאֵל Audi Israel (unde קְרִיָּת סְמִינָה appellantur) usque ad בְּמִתְרַךְ in portis tuis , quotidie mane & vesperi legunt , & schedulæ inscripta gerunt , ut noxia quæque a verruntent . Perinde atque Turcæ tutos se adversus omnia pericula arbitrantur si precatiunculas suas circumgestent . Totam rem nihil præter superstitiones illicitas continere , manifestius est , quam ut admoneri debeat . Ad eas autem Iudæorum maximè proni sunt Cabalistæ ; quorum regulis præstigiatores in Africa uti , tradit quoque Io. Leo Africanus lib. IIII.

יד הלווח על המכיה
וקורא פסוק מן התורה וכן
הקורא על חינוך של^א
יבש והמניח ספר תורה או
תפלין על הקטן בשביל
שישן לא ד' להם שם
בכלל מנהשים וחכרים
אלא שהן בכלל הכהנים
בתורה שהן שעשין דברי
תורה רפואת נפש ואין אלא
רפואת נפשות שנאמ' ויהו
ח'ים לנפשך: אבל הבריה
שקריה פסוקין ומומר
מתלים כדי שתגן עליו זכות
קריאתן וינצל מצרות
ומנוקים הרוי וה מותר:

XIV. Qui vulneribus incantatur, è Lege versum legendo; qui ve super puerο legerit, ne conturbetur; aut qui librum Legis, vel phylacteria puerulo imposuerit, ut somnum capiat: hi, ut generali conjectorum ac incantantium appellatione continentur; ita etiam comprehenduntur amplio eorum vocabulo, qui Legem negant. Siquidem verba Legis (juxta eum) medicinam faciunt corporalem, cùm solum animis medeantur: quia dicitur, * *Et erunt vita animae tuae.* At si quis sanus versiculum legat, vel psalmum, ut protectionem legendō promereatur, angustiasque & damna evitet; ejusmodi sanè nihil illiciti facit.

* Deut. 14.19.

Phylacteria. [תכלין] Chaldaeis, & Rabbini, dicitur frontale, & armilla, quædam continens minuto charactere exscripta è lege Dei. Frontale apponebatur fronti super interciliū, hoc est, locum inter oculorum cilia interjectum. Armilla alligabatur manui sinistram. Φυλακτήρια dicuntur Matth. cap. xxxii. S. quasi dicas conservativa: nimurum quia proforent ad memoriam Legis melius conservandam. Ait ibi Christus, dilatasse ea Scribas, ac Phariseos: puta ut longius illa conspicerentur, eo que ipsi legis crederentur observantiores. Græcam autem vocem retinuimus cum vulgato interprete. Ex Maimonide vero hic videmus, cœpisse ea quoque adhiberi ad res procurandas, quæ corpus spectarent. Quomodo nempe initium Euangelii Ioannis à nonnullis adhibetur morbo averruncando. Hoc sensu Φυλακτήρια dicantur, non à memoria, sed valetudine conservanda. Latini ab amo- liendo vocant amoleta. Glossæ Philoxeni: *Amuletum, Φυλακτήριον.*

טו א' והוא דורך אל המתים וההמרעיב את עצמו והולך וילך בבית הקברות כדי שיבא מות בחלום וירדיעו מה שיאלו אליו. ויש אחרים שהם לובשים מלבושים ידועים ואומרים דברים ומקטירין קטרות ידועה ושנים לבדן כדי שיבא מות פלוני ויספר עמו בחלום יכללו של דבר כל העשה מעשה. כדי שיבוא תמה וירדיע לוקרש שנאמר לא ימצא בך מעביר וגנו' ודורך אל המתים:

* Deut. 7.2.

XV. *Quis est, qui mortuos consulit?* Qui, ubi fame se affixit, in coemeterium abit, atque ibi decumbit, donec in somnio ei mortuus appareat, ac indicet, quod quærebat. Tales quoque, qui, certo vestis genere induiti, verba consueta proferunt, & ex more suffitum faciunt, hinc soli dormiunt, quod mortuus, quem expectunt, accedat, ac in somnis sermonem secum habeat. Sententia de his ejusmodi est, quisquis de re ultra à mortuis responsum poscit, plecti verberibus oportere. Quippe dictum: * *Ne inveniatur inter te qui traducat, & necromantis.*

Quis est, qui mortuos consulit.] Sive necromantis. Latius verò patet necromantæ appellatio, quam Maimonides hic describit. Nam & sic vocantur, qui carmine, virgâ, circulo magico, (ut mittam herbam Osritim, viscus lyncis, oculos draconis, & alia id genus sacramenta dæmoniaca, quæ & ipsa per se nihil possunt) animas se excire ab inferis arbitrantur, ut ab iis non in somnio, sed vigilantes accipient responsum, sive per os cadaveris recentis ac calidi, sive etiam eo absente. De ipsis vide, qui de Divinatione scripserunt: in his Georgium Raguseium, Theologum ac Medicum Patavinum, lib. II, de Divin. epist. VII.

יונ אסור לשאול בעל
אוב או בעל ידעוני שנאמר
לא ימצא בך מעביר וגנו'
ושואל אוב וידעוני נמצאת
למד שבבעל אוב וידעוני

* Deut. 18.10.11

XVI. Pythonem, vel ariolum consulere prohibemur. Nam dicitur, * *Ne inveniatur inter vos traducens & consulens pytho- nem, vel hariolum.* Comperimus autem pythones, & hariolos, lapidibus

.

עַצְמָן בְּסֶקְלִילָה וְהַנְשָׁאֵל בְּהַנְּזָבֵד
בְּאוֹהֶרֶת וּמְכִין אֹתוֹ מְכַת
מְרוֹדָת וְאָסָם כַּיּוֹן מְעַשְׂיוֹ
וְעַשְׂה כַּפֵּי מְאֹמְרָן לְוקָה;
וְהַמְכַשֵּׁף חַיְבָה בְּסֶקְלִילָה
וְהַוָּא שְׁעַשָּׂה מְעַשָּׂה כְּשָׁפִים
אָבֵל הַאֲחָוָה אֶת הַעֲנִים
וְהַוָּא שִׁירָאָה שְׁעַשָּׂה וְהַוָּא
לֹא עַשָּׂה לְוקָה מְרוֹדָת מִפְנֵי
שְׁלָאוֹ זֶה שְׁנָא' בְּמַכְשָׁפָה
בְּכָלְלָה לֹא יִמְצָא בְּךָ הַוָּא
וְלֹא שְׁנִיתָן לְאוֹהֶרֶת מִיתָּה
בְּךָ הַוָּא וְאַינְן לְוקָן עַלְיוֹ
שְׁנָא' מַכְשָׁפָה לֹא תַחַרְחֵה;

dibus obrui : qui verò eos consu-lunt , increpari , & rebellium icti-bus plecti . Quod siqui ad eorum præscriptum actiones suas com-posuerint ; vapulant . Præstigia-tor lapidatur : nempe qui reapse præstigiosa facit . At qui oculos eludit , nec ea præstat , quæ facere videtur , poenâ rebellium afficitur : quia interdictum hoc de præsti-giatoribus continetur sub genera-li illo : * Ne inveniatur apud te . Ac * ^{Exod. 22. 18.} interdictum hoc poenam habet mortis à senatu irrogandæ . Non enim tantummodo vapulat , quia dicitur : * Præstigiatricem ne finito * ^{Dent. 7. 26.} vivere .

Nempe qui reapse, &c.] Maimonides duo hic statuit genera præsti-giarum : unum dæmoniacum , alterum delusorium . Prioris generis præstigias exercebant Iannes & Mambres , qui se Mosi opposuerunt coram Pharaone . Tales ait Maimonides lapidandos . Alterius gene-ris præstigiis utuntur agyrtæ , & circulatores : quarum effectus non sunt qui videntur , nec ab dæmonum commercio proveniunt , sed ma-nuum agilitate . Hujusmodi impostores verberibus afficiendi , juxta Maimonidem .

Interdictum hoc de præstigiatoribus.] Nempe de præstigiatoribus priori loco memoratis , hoc est , commercium cum maligno spiritu ha-bentibus : quos lapidibus obruendos , Maimonides ait . Ratio adfer-tur , quia interdictum hoc speciale continetur sub generali , cuius poena mors . Ut minimè satis sit , si verberibus multis durisque excipientur . Vti sit in præstigiatoribus , qui hominibus agilitate quadam illudunt .

יְהוָה וְדֹבְרִים הַאֲלֹוֹת כְּלֹן
דָּבְרֵי שְׁקָרָה וּכֹובָה הַנְּזָבֵד
שְׁהַטְטוּ בְּהַנְּזָבֵד עֲבוֹדֵי כּוֹסֶם

XVII. Omnia verò ista sunt fraudulenta , ac falsa : perque ea idololatræ primi seduxerunt gen-tes .

הקרמנונים לגווי הארץ
כדי שננהנו אחריהן ואין
ראוי לישראל שם חכמים
מחוכמים להמשך בהבלים
אלו ולא להעלות על לב
שיש חועלה ביהן שנאמר כי
לא נחש ביעקב ולא קסם
בישראל ונאמר כי הגוים
האליה אשר יורש אותן
אל מעננים ואל קוסמים ישמעו ואותה לא כן גנו:

* Num. 23. 27.

* D. 18. 19.

tes. Nec decet Israelitas, sapientiae eximios, vana ejusmodi sectari; imò ne quidem cogitandum iis, utilitatis inde quipiam redundare. Quippe dicitur: * Non est conjector in Iacob, nec incantator in Israel. Item, * Nam gentes istae, in quarum hæreditatem tu venis, mathematicos, & omina considerantes audiebant: at tu non ita, &c.

Omnia verò ista sunt fraudulenta.] Mens Maimonidæ est, nihil esse nisi præstigias, & imposturas, quia nulli sint dæmones. Eadem in opinione fuit R. Aben Esra: & uterque putat, Scripturam hæc non prohibere, quia revera talia fieri possint; sed quia per imposturas fieri credabantur. Quam tamen opinionem rejiciunt Gerundensis, Abramanel, & Rabbinorum alii; qui persuasum habent dæmones à Deo creatos, ut instrumenta iræ forent; unde eos vocant *חַטָּאָכִים*, *angelos pœnæ, aut tormenti*: Et hoc allegant verba Davidis Psalm. LXXXVIII. 49. *mittens angelos malos, & Proverb. xvii. 11. Rebellionem querit malus, & angelus crudelis mittetur contra eum.*

יח כל המאמין בדברים
האלו וכיוצא בהן ומחשב
בלבו שהן אמת ודברי
חכמה אבל התורה אסורתן
אינו אלא מן הסכלים
ומחסרי הדעת ובכלל
הנשים והקטני שאין דעתן
שלמה אבל בעלי החכמה
ותמימי הדעת ידע בריאות
ברורות שביל אלו הדברים שאסורה תורה אין סדרי חכמה אלה
vetita

תְּהִוָּה וְהַבָּל שֶׁנְמַשְׁכוּ בֵּין
חֲסֹרִי הַדָּעַת וְנַטְשׁו כָּל דָּרֶכִי
הַאֲמָתָ בְּגַלְלֵן וּמִפְנֵי זֶה
אָמָרָה תּוֹרָה כִּשְׁהוּרָה
עַל כָּל אֱלֹהָהֶבְלִים תְּמִימִים
תְּהִיָּה עִם הַשֵּׁם אֱלֹהֵיךְ:

vetita sunt, non sapientiae opera
esse; sed inania ac stolidae; eoque
imperitos illa amplecti, relicta,
quaes ad veritatem dicit, viam. Ideo-
que in Legem, ubi a vanis istis de-
hortatur, scriptum est: * *Perfectus* * *Deut. 18.13.*
eris cum Domino Deo tuo.

פרק שניים עשר

CAPUT XII.

אֵין מְגַלְחֵין פָּאתִי
הַרְאֵשׁ כְּמוֹ שַׁהֲיוּ עֲשֵׂינוּ שָׁבֵדִי
כּוֹס וּכְמַרְמֵיהָ שְׁנָא לְאָהָב
תְּקִיפָה פָּאתִ רַאשֵיכֶם וְחַיָּב
עַל כָּל פָּאהָ וּפָאהָ לְפִיכָךְ
הַמְגַלָּה שְׁנִי צָעֵדוּ אֲפִילוּ
בְּבֵית אַחַת וּהַתְּרָאָה אַחַת
לוֹקָה שְׁתִים אַחֲרַ המְגַלָּה
הַעִיאוֹת בְּלִבְדֵי וּמִנִּיחָ שָׁעָר
כָּל הַרְאֵשׁ אוֹ המְגַלָּה כָּל
הַרְאֵשׁ כָּאֶחָד לוֹקָה הַוְּאִילָן
וְגִילָח הַפִּיאוֹת.

NEQUIS more illo, quo idololatriæ, eorumque sacerdotes solent, extremam cæsariem tondent: quia dicitur, * *Ne circumtonde latus capitinis vestri.* Reus autem aliquis fit ob quodque ejus latus. Propterea qui utrumque latus detondet, utcunque semel duntaxat admonitus fuerit, bis vapulat. Perinde etiam est, utrum quis latera tantum, alios relinquens capillos, detondeat, an cæsariem rescindat universam. Vterque enim, quia totonderit latera, vapulat.

Extremam cæsariem tondent.] Vide *Levit. xix.27.* Theodotio vertit, Οὐ κυκλώσετε τὸ φασόδον κεφαλῆς σὺ. Vbi videmus, retinuisse vocem τοῦ. Aquila pro eo habet κλίμα. Nam vertit, Οὐ κεκυκλώσεις τὸ κλίμα τοῦ κεφαλῆς σὺ. Est id capitis inclinatio, sive declivitas, vel devexitas. Pro quo alii dixerunt, *angulus*, vel *extremitas*. Sententia igitur est, non esse in circuitu, sive, in orbem attondendam comam. Quod facere solent Arabes, gentesque vicinæ. Herodotus Thalia cap. **VIII.**: Καὶ τῶν τειχῶν τὴν κεύρωσιν κείρεσθαι Φασί, καθάπερ αὐτὸν τὸν Διόνυσον κεκάρδησιν κείρουσιν τὸν πατέρα τὸν προσάφεται.

R. MOSES MAIMONIDES

¹⁶² Eodem modo se tonderi ajunt, quo Dionysius tonsus est: tondentur autem in rotundum, tempora subradentes. Idem confirmare videntur hæc verba Ieremiæ ix. 26. כל קְנָכִי כָּל קְנָכִי כָּל Omnes detonsos extremam cæsariem, habitantes in deserto. Scio, non Lyram solum, & Pagninum, ac Vatablum; sed etiam David Kimchi, & Salomonem Iarchi, interpretari de iis, qui in extremo habitant plagiæ, sive regionis: sed aliter Chaldæus paraphrastes, item LXX seniores, qui vertere: Επὶ πάντα τοῖναιρόμηνον οὐ καὶ περισσωπον αὐτός, τὰς πατειθῆνας εἰ τῇ ἐρήμῳ. Super omnem attonsum circa faciem suam, habitantem in deserto. Vulgatus hoc pacto: Super omnes, qui attensi sunt in comam, habitantes in deserto. Beatus quoque Hieronymus in Ierem. xxv, ubi itidem vocem קְנָכִי habet, scribit: Hæ gentes (Dedan, Theman, Buz) in solitudine sunt, vicinæ & mixtæ regionibus Ismaelitarum, quos nunc Saracenos vocant: Οι de quibus dicitur, qui attensi sunt in comam. Per comam autem intelligi videtur capillus extimus caput ambiens, ut cæsaries ea dicatur resecta ad modum coronæ. Ac ratio, cur hoc Deus vetuerit, illa videtur, quod prænos ad idololatriam Israelitas sciret; quantoque plura cum gentilibus communia haberent, tanto facilius in eorum instituta transituros.

Reus autem fit ob quodque ejus latus] Sumta hæc ex cap. III. Maccoth. §. 5.

ב בְּדָא אֲבָאֵשׁ הַמְגַלָּה
אֶבֶל אֲיַשׁ הַמְתַגָּלָה אַיְנוֹ
לוֹקֵחַ אֶלְאָ אֶסְמָן סְעִיר
לְמַגְלָח וְהַמְגַלָּח אֶת הַקְטָן
לוֹקֵחַ הָאֲשָׂה שְׁגַלָּח פָּתַח
רַאשׁ הָאֲשָׂה אוֹ שְׁנַחַגְלָח
פְּטוּרָה שְׁנָאֵמֶר לֹא תְקִיפֶוּ
פָּתַח רַאשְׁכָם וְלֹא תְשַׁחַת
אֶת פָּתַח וְקִנְךָ כָּל שִׁשְׁנָנוּ
בְּכָל תְשַׁחַת יְשָׁנוּ בְּכָל
תְקִיף וְאֲשָׂה אַיִנָה בְּכָל
תְשַׁחַת לְפִי שָׁאֵין לָהּ וְקַנְּ
לְפִיכְךָ הַעֲבָדִים הַוְאִיל וַיֵּשְׁ
לְהָם וְקַנְּ אָסּוּרִין בְּהַקְפָּתָ:

* Zev. 19. 27

II. Hæc de tonsore accipienda. Nam, qui tondetur, nequam vapulat, nisi adjuverit tonsorem. Qui puer (ratione ea) præciderit capillos, vapulat. Mulier, quæ extremam viri cæsariem præciderit, vel ipsa fuerit detonsa, libera est. Quia dicitur: * Ne circumcidite latus capitinis vestri, neque radito extremitatem barbae tuae. Qui-cunque reus fit verbis his, Ne radito: idem & istic, Ne circumcidito. Mulier autem non est subiecta verbis; Ne radito: quia barbâ caret. Eoque & servi, quippe barbati, extrema capitinis detondere prohibentur.

Nisi

Nisi adjuverit tonsorem.] Adjumentum illud de assensu accipio: nimurum si is, qui tondetur, jussit hoc pacto tonsorem facere; aut si, illo sua sponte caput circumtondente, speculum inspexerit, nec ei obstitterit.

Quicunque reus sit.] Mira consequentia. Quia mulier barbam non habeat, ed nihil ad illam præceptum non corrumpendi barbam. Ergo nec ad eam præceptum de non abradendis temporibus. Quætere liber, si feminæ gentiles morem habuissent tempora detondendi, an Israelitidi fas foret similiter tempora radere? Nisi fortè id Rabbinî velint, quia gentiles feminæ id facere non solebant, ideo Israelites id facere potuisse. Atqui constat eas id fecisse. Lucianus de Dea Syria: Τὰς κεφαλὰς ρύμεον, ὄκως Αἰγύπτιοι, δύοδεκανόνι Ἀπό. γυναικῶν δὲ, ὄκουσι τὸν ἐθέλεσι ρύμεον, τοιήνδε λημίνιν ἀκτελέονται. τὸν μῆνα ἡμέρῃ ὅπλη πεντετελεῖ ὥρης ἵστενται. ή δὲ αὐγορή, μουνοιος ρύμεον, καὶ ὁ μισθὸς ἐς τὰς Αφροδίτης, θυσία γίνεται. Capita detondent, ut Aegyptii, cum mortuus est Apis. Quæcumque autem mulieres tondent nolunt, talens pœnam exsolvunt. Diem unum ad questum corpore faciendum prostant. Forum autem illud solis peregrinis exhibetur: οὐδὲ inde mercedis auferunt, Veneri in sacrificium datur.

ג כל מצות לא תעשה
 שבתורה אחד אנשין ואחד נשים ח'ביס חוץ מבלה תשחית ובל תקייף ובל טמא כהן למת'ו. וכל המצוות עשה שהיא מומן לומן ואינה תדריה נשים פטורות חוץ מקדוש היום ואכילת מצה בלילה הפסח ואכילת הפסח ושחיתתו והקהל ושמחה שהנשים ח'באות טומטוס ואנדרוגינס הרי הן ספק נותנין עליהם

III. Omnia Legis interdicta tam mulieres, quam viros, tangunt, his solùm exceptis: *Ne corrumpito;* &c. *Ne circumcidito;* &c. *Ne se polluat sacerdos propter mortuum.* Mandatis vero, quia certis tantum temporibus observantur, eoque perpetua non sunt, mulieres non tenentur. Excipiuntur tamen dies Kidus, & azymorum, quæ paschali nocte comeduntur, & comedio agni paschalis, ejusque jugulatio, item congregatio ac lætitia. Ad ista enim & mulieres adstringuntur. De obstructis, & androgynis, dubitatur. Vbiique tamen iis im-

חומרה איש וחומרה האשה
בכל מקום וח"כין בכל
ואם עברו אין לוקין :

ponuntur onera virorum ac mulierum : cæterum si negligant, non vapulant.

Omnia legis interdicta.] Non satis apertum est de omnibus, cùm quædam ad mulieres pertinere non possint : ut interdictum illud de barba. Nisi κρησθυγεῖον illud placet, quod & aliquæ inveniantur barbatulæ. Et quid attinebat excipere de sacerdote se cadaveris contactu polluente ? Nam sacerdotes Hebræis soli viri, non, ut gentibus, feminæ etiam. Quamquam & hinc se expedire conantur Thalmudici. Ajunt enim Levit. xxii. 1. vocabulum ספנדים sacerdotes non referri ad solos eos, qui ministerio fungebantur; sed ad totam stirpem Aaronis : & ne quis putaret foeminas quoque huic præcepto inclusas, ideo subdi, ספנדים כני הכהן sacerdotes filios Aharon : ולו במתן ו non filias, inquit Rasi.

Mandatis vero, &c.] Vide Kidusin cap. I.

De obstrutis, & androgynis.] טומס claudere, obstruere, obturare: unde est, נקנות co זכרות ולו נרלה co מערתו membrum genitale obturatum est, ita ut non appareat, utrum masculus, an femina sit : inquit David De Pomis. Nempe in androgyno sive hermaphrodito utriusque sexus membrum concurrit: in obturato neutrum, sed solùm est rima, qua effluat faccatus corporis humor. Existit olim codex inscriptus ספר liber Tomtom, sive de obstrutis. Cujus meminit Maimonides noster in More Nebuchim Part. IIII. cap. XXXVII, item XLI, & alibi.

Androgynis.] קדרוגינס quin à Græcis accepta sit, dubium non est. Planè enim est ipsum αὐδρογύνης, sive αὐδρόγυνος : quod ad verbum expresseris, marifœmina. Aliter γόνανδρος, vel ερμαφρόδιτος, item ερρενόθηλυς. Androgyni vocem retinet Tullius I de Divin. Semiramis dicit Livius lib. IX. At lib. XXVII, ambiguo inter marem ac fœminam sexu. Plinius lib. VII cap. II vocat utriusque naturæ ; & cap. IIII. utriusque sexus. Gignuntur, inquit, ερμαφρόδιτος, quos hermaphroditos vocamus, olim androgynos vocatos, & in prodigiis habitos, nunc in deliciis. Quæ verba ex eo etiam Agellius adducit lib. IX. cap. IV. Quod verò hic de antiquis Romanorum temporibus dicitur; abunde paret ex Livii lib. IX, Iulio Obsequente, & aliis : qui tales ajunt in mare solitos deportari, carmen etiam à ter novenis virginibus cantatum per urbem, donumque unoni oblatum. Porrò etsi nunc utriusque, nunc ambigui sexus, dicantur : ejus tamen sexus censentur, qui prævalet : ut est L. *Quæritur.*

§. De

g. De statu hominum. In hæreditate verò adeunda apud Hebræos filiabus accensentur. Nam androgyni par h̄ic ratio ac tomtomi , sive obstructi. Tali autem,in luculenta atque opima hæreditate,filii,hæreditatis domini,haut aliter ac filiabus , alimenta debebant. Sed si hæreditas tum exigua foret, ut tantummodo esset , unde filiæ alerentur, hæ genitalibus obstructum remittebant ad mares : ac eorum esse conditione jubebant. Ita ut semper obstructi iis accenserentur , quorum inter liberos conditio deterior foret. Atque hoc pluribus exponitur in Misna,tit. Baba bathra cap. ix. item è junioribus à summo viro,Ioanne Seldeno libro ad Leges Hebræorum de successionibus cap.xi.

ד אעפ' שהasher מותרת לנו פאה בראש הר' היא אסורה לנו פאה ראש האיש ואפילו קטן אסור לה לנו פאה ופאה זו שמניחים בצד לא נחנו בו חכמים שיעור ושמענו מוקנו שאינו מנתה פחות ממ' שערות ומותר ללקוט הפאות במספר ים. לא נאסר אלא השחתה בחרע :

Forfice, at scalpro non licet. [**טער & מספרים**] differunt, quod illius bina crura , hujus unum sit : unde si pro מספר dicas in singulari idem habebis, quod טער novacula, David de Pomis in ספר

IV. Quamquam autem mulieri permittatur circumtondere extremam cæsariem suam : extremam tamen viri detondere ei est nefas. Quàm latè illud extremitatis vocabulum se extendat,non est à sapientibus definitum. Acceptimus autem à senioribus , non relinquendos esse pilos pauciores quadragenis. Licet verò extremitatem auferre forfice ; at scalpro non licet.

ה דורך כומרិ שבדי כו"ס היה להשחתת זקנמת לפיכ' אסורה תורה להשחתת הוקן. וחמש פאות יש בו לח' העליון ולה' החתחון מימין וכן משמאלו ושבלה

V. Sacerdotes idololatrici solebant barbam radere ; eaque de causa lege interdictum , ne barbam radamus. Quinque autem sunt extremitates barbæ ; maxillæ superioris & inferioris à dextro latere, totidem à sinistro , ac præ-

הוקן ולוקה על כל פיאר
ופיאר. ואם נטלן כולן
כאחד לוקה חמש ואינו
חייב עד שיגלחנו בთער
שנ' ולא חשחת את פאת
זקנך גילוח שיש בו
השחחה לפיך אם גילה
זקנו במספריים פטור ואין
המתקלה לוקה עד שיש עי'
ואשה מותרת להשחית
זקנה אם יש לה שער בזקן
ואם השחיתה זקן האיש
פטורין.

tereacuspis barbæ. Ac ob horum aliquam recisam verbera infliguntur. Quod si quis omnes simul raserit, quinque vapulat. Nec tamen reus fit, priusquam scalpro raserit. Quia dicitur, *Ne excidito extremitatem barbae tuae.* Puta, per rasuram. Ideoque si forfice detonderit, liber habetur. Qui raditur, reus non est, nisi radentem adjuverit. Mulieri, si pilos in mento habuerit, radere barbam licet. Eadem si barbam viri raserit, libera est.

Sacerdotes idololatrici solebant radere barbam.] Herodot. Euterp. cap. 36.
Τοῖσις ἄλλοισι αὐθρώποισι νόμοι ὁμοία κήδει χειράργει τὰς κεφαλὰς,
τὰς μάλισταικένεται. Αἰγυπτίοις δὲ τὰς θανάτους αἰνεῖσθαι τὰς τείχας αὐξενεῖσθαι, τὰς δὲ τὴν κεφαλὴν καὶ τῷ θυντῇ, πέως ἐξυμένεισθαι.
Apud alios homines mos obtinet, ut in luctu statim capita tondantur ab iis, quos potissimum is attingit: at Aegyptii in morte suorum sinunt capitum barbaeque pilos crescere, cum alioqui antea fuerint rasi.

Et cuspis barbæ.] spica, arista, &c à similitudine spicæ, cuspis barbæ: codem modo, quo ἀκίδα seu cuspidem barbæ Homerus γλωχίνα appellavit: quæ vox à γλῶχες spicæ, aristæ, unde φεγγλῶχες apud Hesiódum in Clypeo Herculis:

Τῆμοι δέ κεγχέοισι φεγγλῶχες τελέθουσι.

Quando item milia circum aristæ nascentur.

Quem ad locum Tzertzes. φεγγλῶχες αἱ γωνίαι τὸν σάχυ θρησκευτικῶς δὲ τὸν σάχυν.

וז השפה מוחר לגלחו
בთער והוא השער שעיל נב
השפה העליונה וכן השער

VII. Labri superioris pilos forfice auferre licet: ut & illos labri inferioris, qui non sunt barbæ contigui.

המודולל מן השפה
התחתונה וاعפ' שחוא
מותר לא נהנו ישראל
להשחיתה אלא גלח קצטו
עד שלא יubb אכילד;
ושתיז:

Labii superioris.] Non opus fuisset addere *superioris*, & *inferioris*, si veteres observarent discrimen, quod Donatus vel Asper statuit in Eun. II. III: *Labra*, inquit, *sunt superiora, labia inferiora*. Nunc quia id discrimen negligitur, maluimus cum Cæsare loqui: cuius illud in V de bello Gall. *Capilloque sunt promissio, atque omni parte corporis rasa, præter caput, & labrum superius.*

ו' העברת השער משאר
הגוף כנון בית החחי ובית
העורות אין אסור מן
הרורה אלא מדברי סופרי
והמעבירות מכין אותו מכת
מרודות בד' א' במקום שאין
מעבירין אותו אלא נשים
כדי שלא יתכן עצמו תיקון
נשים אבל במקומם שמעבירין
השער הנשים ואנש' אם
העביר אין מכין אותו ומותר להעביר שער איברי' במספריים
בכל מקום:

ח' לא תעה אשה עד'
האיש כנון שתשי' בראשו,
מצנפת או כובע או שתלכש
שרין או ביציא' בו או

tigui. Et si verò id liceat, non tam
men moris est Israelitis eos aufer-
re: sed partem tantummodo re-
cidunt, ne comedenti, vel bibenti,
sint impedimento.

VII. Alias corporis partes, ut axillas, & pubem, depilare, non Lege, sed verbis sapientum prohibetur. Et eum, qui depilat, iictibus rebellionis puniunt. Atque hæc accipienda de locis, ubi solæ se mulieres depilant, ne se ornare mulierum ornamenti videatur. Sed si depilârit se, ubi id tam viri, quam mulieres facere solent, non vapulat. Reliquorum membrorum pilos novacula recidere licet.

mulie-

VII. Mulier ne se ornet virili
ornatu; ut imponendo capiti cida-
rim, aut galeam, vel induendo lo-
ricam. Nec capillos, virorum
more, præcidat. Similiter vir ne

שַׁתְגָלֵח רָאשָׁה כָּאִישׁ וְלֹא
יַעֲדֶה אִישׁ עַדִּי אָשָׁה כָּנוּ
שַׁילְבָשׁ בְּגָדִי צְבֻעָנִים וְחַלִּי
זָהָב בָּمָקוֹם שָׁאֵן לֹובְשֵׁין
אָוֹתָן הַכְּלִים וְאֵין מְשִׁימִים
אָוֹתוֹ הַחֶלִי אֶלָּא נְשִׁים הַכְּלִים כְּמַנְהָגָה הַמִּדְינָה :

Vesticoloris.] a. v. vestis colorum, h. e. diversicolor. Græcè
πολύχρωμη.

ט אִישׁ שַׁעֲרָה עַדִּי
אָשָׁה וְאָשָׁה שַׁעֲרָה עַדִּי אִישׁ
לָוקִין. הַמְלָקֶת שְׁעוּרוֹת
לְבָנּוֹת מִתּוֹךְ הַשְׁחוּרוֹת
מִרְאָשׁוֹ וּמִזְקָנוֹ מִשְׁילְקֶת
שַׁעֲרָה אַחַת לְוקָה מִפְנֵי
שַׁעֲרָה עַדִּי אָשָׁה. וּכְן אַם
צְבָע שְׁעָרוֹ שְׁחֹור מִשְׁיצְבָע
שַׁעֲרָה לְבָנָה אַחַת לְוקָה
טוֹמְטוֹס וְאַנְדְּרוֹגְנוֹנוֹס אַינוֹ
עַוטָּף כָּאָשָׁה וְלֹא מְגָלָה
רָאשׁוֹ כָּאִישׁ וְאַם עָשָׂה כֵּן אַינוֹ לְוקָה :

Obturatus.] De eo dictum §. 3.

ו' כְּתוּבָה קַעֲקָעַ הָאָמָר
בְּתוֹרָה הִיא שִׁישְׁרָת עַל
בְּשָׂרָוּ יַמְלָא מִקְומֵשְׁרִיתָה
בְּחֹול אוֹ דַי אוֹ שָׁאָר
צְבֻעָנִים הַרוֹשְׁמִיסָוָה הַיְהָזָה
מַנְהָגָה גּוֹיִם שְׁרוֹשָׁמִין עַצְמָן

muliebri se decoret ornatu ; ut
indutu vestis versicoloris , vel mo-
nili aureo ; iis imprimis locis , ubi
solæ mulieres sic ornantur. Omnia
enim (æstimanda) pro regionis
more.

I X. Vir qui muliebri , vel mu-
lier , quæ virili se habitu ornârit,
vapulat. Qui canos capitis aut
barbae pilos è nigris evulserit , ut
vel unicus fuerit pilus, plectitur;
quia mulierum ornatum imitatur.
Itidem si tinturâ nigrum iis colo-
rem induixerit, ac vel unum è canis
nigrum reddiderit , confestim va-
pulat. Obturatus, & hermaphro-
ditus , nec se tegat mulierum in-
star, nec tondeatur, ut viri: si tamen
fecerit, non vapulat.

X. Scriptum stigmatis , cuius
in lege mentio fit; appellatur, quan-
do quis incisâ carne suâ incisuram
implet fuco , atramento , vel aliis,
queis pingitur , coloribus. Hunc
enim in modum solent gentiles in
idoli honorem notare servum,
eo

לעבודת כ"ס כלומר שהוא עבד מכור לה ומורשת לעבודתה ומעת שירשות באחת מדבריהם הרושם אחד שישירות באיה מקום :

מן הנוף בין איש בין אשה לוקה :

Scriptura stigmatis.] Mos Orientis; ut Assyriorum. Lucianus de Dea Syria: Σηζονται ἐπάντιες, οἱ μηδὲ εἰς καρπούς· οἱ δὲ εἰς αὐχένας· καὶ λόπο τρίπελαντις ἀστούρης τυγματιφορέσσι. Omnes autem notis sunt compuncti; alii in vola, alii in cervice: atque inde est, quod omnes Assyrii stigmata gerunt.

Incisuram implet fuco, &c.] Stigmata, qualia Maimonides memorat, apud Britannos, sed extra luctum, erant: de quibus Solinus cap. xxv: Regionem partim tenent barbari, quibus per artifices plagarum figuræ jam inde à pueris varie animalium effigies incorporantur, inscriptisque visceribus hominis incremento pigmenti notæ crescunt. Neque quidquam magis patientiæ loco nationes feræ ducunt, quam ut per memores cicatrices plurimum fuci artus bibant. Sed nihil reperio de coloribus extra luctum illinendis. Verum Ægyptiæ mulieres in luctu faciem luto illinebant. Herod. Euterp. Τοῖσι αὖ λαποθύηται ἐκ τῶν οἰκητῶν ἀνθρώποι, τῷ πισ καὶ λόγῳ θή, τὸ θῆλυν μέρῳ πᾶν ἐκ τῶν οἰκητῶν τούτων καὶ ὃν ἐπλάσουσα τὰ κεφαλῶν πηλῷ καὶ τὸ ψεύτωπον. Quibusunque aliquis ex domesticis decepit, homo alicuius momenti, omnes fæmina illius familie caput & vultum luto oblinunt.

יא כתוב ולא רשם
בצבא או שרשם בצבא
ולא כתוב בשתייה פטור עד
שיכתוב ויקעקע שנאמר
וכחותה קעקע בד"א בכותב
אבל זה שכתבו בבשו
וקעקעו בו אינו ח"ב אלא
אם כן ס"ע כדי שיעשה

X I. Si quis se inciderit, nec colore infecerit; vel infecerit quidem, nec tamen inciderit; liber est, usque dum & inciderit, & infecerit. Quia dicitur, * *Scriptura* * *Levit. 19. 28.*
stigmatis: quod accipendum de eo, qui inscribit. Sed is, cuius carnem alii inscripserunt, & inciderunt; nisi ipse in eo adjuverit, reus

מעשה אבל אם לא עשה
כלום אינו לוקה :

non est. Si nihil ipse egerit, non
vapulat.

*Siquis se inciderit, &c.] Hæc, & sequentia, hausta sunt ex Maccoth
cap. III. §. vi.*

* Levit. 12. 98.
יב השורט שרייטה
אתה על המת לוקה שנאמר
ושרט לנפש לא תנתנו
בבשרכם אחד כהן ואחד
ישראל שרט שרייטה אחת
על ה' מתים או ה' שרייטות
על מה אחד לוקה חמישה;
והוא שהתרו בו על כל
אתה ואחת:

XII. Qui se laniat laniatu uno propter mortuum, vapulat: quia dicitur, * *Non propter defunctum lacerabitis carnem vestram.* Et perinde est, utrum sacerdos, an Israelita sit. Si lacerabit se uno laniatu ob plures mortuos, aut quinque laniatibus ob unum defunctum, quinquies vapulat. Quod locum habet, si de unoquoque præmonitus fuerit.

Qui se laniat laniatu uno. [מָרְטַת, quod vulgo transferunt *incidere*, verendum est secundum Rabbinos, *laniare*. Nam præceptum, quod Levit. xix. 28. & xxii. 5. est מָרְטַת, diversum esse volunt ab altero, quod est Deut. xiv. 1. קָרְנֵדָה. Prius illud Levit. vetat lacerare ungibus feso: unde & Græci transtulerunt, Τὰς σύρκας αὐτοὺς καταπεμψιν ἐλομίδας. quod non de incisura accipendum, sed laniatu. nam ἐλομίδας quoque notat lacerationem corporis, quæ in luctu fiebat: unde ἐλομίδας apud Suidam, qui laniatu vultum suum in luctu fœdabant; uti apud Maronem Anna; de qua illud,

Vnguis ora soror fœdans.

Servius III. Æneid. Varro dicit, mulieres in exequiis, & luctu, ideo solitas ora lacerare, ut sanguine ostendo inferis satisfaciant. Sane scripturæ verba de laniatu oris acceperunt Thalmudici. Maccoth cap. III. §. 5. סִפְרַת חֲקַת עַל הַתְּמִיקָה רְתָג מְרִיטָה וְעַל הַמְּקִים וְעַל הַמְּרִיטֹת עַל הַתְּמִיקָה וְעַל הַמְּקִים וְעַל הַמְּרִיטֹת: i.e. Qui laniat se laniatu uno ob mortuum, reus est. Si laniaverit laniatu uno super quinque mortuis, aut quintuplici propter unum mortuum, ob unumquemque reus est. Quintuplicem ponunt laniatum pro numero totidem digitorum. Nam quæstio erat, utrum, qui pariter se

quinque

quinque digitis laniasset, culpæ unius, an quin duplicitis, reus esset. Ut proinde minus videatur assecutus Hebræorum mentem doctissimus Cochus, quando vertit: *qui se secat una cæsurâ ob defunctum, tenetur.* *Vna si secuerit cæsurâ ob quinos demortuos, aut quinis cæsuriis ob unum, ob quamlibet tenetur.* Illustrantur hæc verbis Rasi ad citatum Leviticilocus, quando ait: *לְפָנֵי נוֹתֶךְ בַּיִמְרָאָן וּמְרָט נְסִמָּה קָתַנוּ יְכֹל מְרָט חַם סְרִיטוֹת לְלָבָן*: *סְרִיטָה קָרְבָּנָה חֲמַתָּה לְלָבָן יְמָרְטוֹ גְּרַתָּה לְחַיָּב עַל כָּל מְרִיטָה וּסְרִיטָה סְקִיבָּה וּקְרִיבָּה*. *סְקִיבָּה לְלָבָן קָרְבָּנָה לְלָבָן יְמָרְטוֹ גְּרַתָּה לְחַיָּב עַל יְמָרְטוֹ וּסְרִיטָה סְקִיבָּה*. *Quandoquidem toti Israeli præceptum erat, (cap. xix. 28.) Et laniationem propter mortuum non facietis: dicre possimus, si quinque laniatibus se laniaverit, tantum unius culpæ reum fore. Sed ideo dictum est, non laniabunt laniatum, ut reus fieret propter quemlibet laniatum. Nam vox illa supervacua est ad explicandum. Scribendum fuerat tantum, non laniabunt. Nonne satis constaret esse laniatum? At altero præcepto Deut. xiv. 1. vetuit Deus incidere corpus cultro, aut alio quovis ferro: quod ostendunt loca Ierem. xl. 5. & 1. Reg. xvii. 28.*

ג נְדִידָה וּשְׁרִיטה אַחֲרָה
היא וכשם **שְׁחוּי הַנוּס**
שׂוֹרְטִי בְּבָשָׂר עַל מִתְּהִימָּה
מִפְנֵי הַצָּעֵר בְּךָ הִי חֻבְלִין
לְעַצְמָם לְעַכּוּס שנאמר
ויתנורוּ כמשפטן גם זה
אַסְרָה תּוֹרָה שנאמר לא
תְּחַנְּנוּ רְאֵא שְׁעַל הַמִּתְּבִּין
שְׁרַט בִּידְךָ בֵּין שְׁרַט בְּכָלִי
לוֹקָה לְעַכּוּס בְּכָלִי חַיָּב
מֶלֶקְתָּה בִּידְךָ פְּטוּר וּבְכָלְלָה
אוּהָרָה וּשְׁלָא יְהוּ שְׁנִי בְּתִי
דִּינֵּן בָּעֵיר אַחֲת וְהַנּוֹגֵן
במנוגן והוּה נוֹגֵן במנוגן
אַחֲרָ שְׁדָרָה וְהַנּוֹס
לְמַחְלֹקָת גְּדוּלָה שְׁנָאָם לֹא
תְּתַנוּרוּ לֹא תַּעֲשׂו אַנְגּוּדוֹת

אנגורות:

XIII. Incisio, & laceratio, pro eodem habentur. Et quemadmodum, præ dolore ob defunctum, carnem suam incidebant gentiles: sic quoque in idolorum honorem se unguibus carpebant. Quippe dicitur: *Et * incidebant se more suo.* * I. Reg. 18. 28. At similiter lege est interdictum: quia dicitur: *Ne * vos ipsos incida-* * Deut. 14. 1. *nis.* Eo qui, seu manu, seu instrumento, se mortui causâ lædit, vapulat: qui idoli ergo egerit, solum plegetitur, si instrumento: nam si manu, liber est. Generali etiam continetur, ne una in urbe Senatus sit duplex, quorum ille hunc in modum, alter alio judicium ferat. Quippe hoc magni sit dissidiū causa: quia dicitur; id est, non facietis diversos cætus.

Ob defunctum carnem suam incidebant.] Ita Scythæ, Rege mortuo, Βεγχίονας τεῖλημονται, brachiis circumciduntur; ut est apud Herodotum Melpom. cap. LXXI.

In idolorum honorem se unguibus carpebant.] Vel etiam incidebant: uti sacerdotes in supplicando Baal; quemadmodum est 1. Reg. xvii, 28. Nempe, ut facilius hoc tristi spectaculo misericordiam moverent.

• A Bellonæ etiam sacerdotibus, ut est apud Tertullianum Apolog. cap. ix, *sacratus sanguis de femore proscisso in palmulam exceptus, & suis datus signatis.* Lactantius similiter lib. 1. cap. xxii. ubi de Bellonæ sacris: *In quibus, inquit, ipsi sacerdotes non alieno, sed suo cruento sacrificant. Sectis namque humeris, & utrâque manu distractos gladios exerentes, currunt, efferuntur, insaniunt.* Horatium vide, & quæ ad eum Acro notavit sat. 111. lib. 1: ut Tibullum, Lucanum, alios, mittam.

Generali hoc monito.] Generale dictum vocat, *Ne incidatis.* Propriè id signat, *Ne incidatis corporis vestri membra.* Sed non ineptè applicatur corpori Reip. cuius Senatus in contraria scindi studia non debet. De quo mox subdit Maimonides noster,

Ne faciatis diversos cœtus.] Quæstio hic movetur à Rabbinis, cur, qui carnem incidit, vapulet, cum præceptum יתנדדו sit ambiguum; quia non solum designat, *Ne incidatis;* sed etiam, *Ne faciatis cœtus diversos:* Rabbinorum autem pronunciatum sit, vapulare neminem ob præceptum negativum, quod ancipitem habeat sententiam. Respondent ipsi, tum duntaxat hoc velle Rabbinos, si ignoretur, quis nativus ac primarius sit sensus: id hic locum non habere, quia abunde constet, propriè denotare *incidatis:* eoque genuinum hunc esse hujus loci sensum: ac solùm secundariò adaptari illi interpretationem alteram, *Non facietis cœtus.*

יד הקורה קרחה על
המת לוקה שנאמר ולא
תשימו קרחה בין עינייכם
למת אחד ישראל ואחד
כהן שקרח על המת אינו
локה אלא אחת הקורה ד'

* *Deut. 14:1.*

XIV. Qui ob defunctum, capillos evellendo, uno se loco calvum reddit, vapulat. Quia dicitur;
 * *Ne faciatis calvitium inter oculos vestros propter mortuum.* Ac pari ratione, seu sacerdos fuerit, seu Israelita, si mortui ergo calvum se reddat, uno verbere plectitur. Si quis quatuor vel quinque locis capillos evulserit ob defunctum:

או ה' קrhohot על מת אחד
לוקה כמנין הקrhohot והוא
שהחרו בם על כל קrhohot
וקrhohot :

functum: pro numero locorum,
quibus calvitium induxit, etiam
se numerus habet iustum, quibus
plectitur. Cæterum id locum ha-
bet, si de unoquoque calvitii loco
præmonitus fuerit.

Vno se loco calvum reddit.] Volunt Hebræi, Scripturam, quando ait,
innuere, ob unumquemque locum, qui calvus sit, hominem
vapulare.

טו אחד הקrhoח בידו
או בסם או הטובל ה'
אצבעותיו בסם והניהם
בחמש מקומות בראשו
בבנה אחת הויאל וקרח ה'
קרrhohot אעפ' שהיא
התראה אחת לוקה חמשה
שערי כולן באין כאחת
וח"ב על כל הראש כבין
העינים שנאמר לא יקרח
קרחה בראשו וכמיה
שייר הקרחה כדישיראה
מראשו בגרים פנויבלי^{בלי}
שער :

XV. Sive autem manu se cal-
vum reddiderit, sive medicamen-
to, ut si quinque digitos eo in-
unxerit, eos quinque locis capitis
imposuerit, atque iis se ita gla-
brum ac depilem reddiderit: ut
cunque semel duntaxat præmoni-
tus erit, nihilominus, cum eo pa-
cto quinque sit locis depilatus,
quinquies plectitur: quippe uno
tempore hæc commisit. Et reus
est ob caput totum, sicut cum in-
ter oculos. Quia dicitur, *Ne in-
ducant calvitium capiti suo.* Quæ ve-
rò quantitas requiritur, ut quis
calvitium dicatur induxisse? ut
locum fecerit glabrum ac depi-
lem magnitudine fabæ.

Reus est ob caput totum.] Hoc ex Levit. xxii. 5. adstruunt per
secundâ regulâ ex xxi. illis Rabbi Ismaelis.

Inter oculos.] Respicit locum Deuteron. xiv. *Neque inducite calvi-
tium inter oculos vestros propter mortuum.* Hoc est, ne radatis eam sincipi-
tis partem, ubi capilli imminent intercilio, sive spatio oculis interjecto.
Quam mentem esse, etiam ex Rasi, sive Salomone Iarchi liquet.

יְהוָה וְזַקְוָרָה רַאשׁוֹ אָוֶן
הַשּׁוֹרֵת בְּבָשָׂרוֹ עַל בֵּיתוֹ
שְׁנָפֵל וְעַל סְפִינְתּוֹ שְׁנָטְבָעָה
בַּיּוֹם פְּשָׁורִי וְאַינוּ לְוקָה אֱלֹהִים
עַל הַמִּתְּבָלְבָד אָוֶן הַשּׁוֹרֵת
לְעַכְּזָסִי הַקּוֹרָח קְרָחָה
בְּרַאשׁ שֶׁל חֲבָרוֹ וְהַשּׁוֹרֵת
שׁוֹיְתָה בְּבָשָׂר חֲבָרוֹ וְהַכּוֹתֵב
כְּתוּבָת קָעָקָע בְּבָשָׂרוֹ שֶׁל
חֲבָרוֹ וְהִיא חֲבָרוֹ מִסְיָעָה
בָּזְמָן שְׁנִינָה מִזְדִּין שְׁנִינָה
לְוקָן אֶחָד שְׁוֹגֵן וְאֶחָד מִזְדִּין
מִזְדִּין מִשְׁנִינָה לְוקָה:

וְהַשְׁוֹגֵן פְּטוּר:
ברֵיךְ רַחֲמָנָא דְּסִ"עַן:

Propter ruinam domus.] Dixerit quis, non plecti aliquem, quia præmœrōre genas laniārit, ob damnum aliquod in re familiari: plecti, si idem fecerit defuncto patre, uxore, unigenito, aut primogenito. Atqui facilius aliquid mœrori concedendum in carissimorum morte, quam in fortunis; præfertim si quis opulentus, aut magna damni refaciendi spes affulgeat. Sed ed Rabbini respexerunt, quod Deus disertim interdicat, ne quis genas, vel aliam corporis partem, carpat ob carorum mortem: at si idem ob ruinam domus, vel aliud rei familiaris damnum fiat, nullum habeamus præceptum. Non dubium quidem, quin si Deo hæc impatientia displicuerit in graviori malo; minus eam in minori probârit. Sed noluere plecti, ubi nihil tale Deus expressisset. Aliud etiam causæ accedere potuit. Nam consuetudo illa gentilium in luctu ob mortem suorum quasi abierat in religionem. Credebant enim id Dñs manibus gratissimum esse, qui sanguine placarentur. Quid mirum igitur, si de eo præceptum esset; de rei domesticæ damno non item?

Per contumaciam egerint.] κατὰ λέξιν, egerint superbientes, hoc est, ex contemptu Legis.

F I N I S.

XVI. Qui calvitiem capiti inducit, aut carnem suam lacerat propter ruinam domus, aut navim mari submersam, liber est. Neque enim vapulat quis, nisi se defuncti, vel idoli ergo, carpserit. Est qui caput alterius reddiderit calvum, vel carnem ejus carpserit, quique alterius carni inscripserit notas; sit alter, qui adjuverit: uterque verò id per contumaciam egerit: uterque vapulat. Sin unus errore, alter sciens volens deliquerit, ac studio legis violandæ: hic quidem verberibus afficitur, alter ab iis est immunis.

Benedictus sit Misericors, qui nos juvit.

E R R A T A

In Hebraicis.

Pag.	3.	Vers.	21.	pro קרכט	lege	בקרט
37.			2.	קורעין לפניו	קורעין לפניו	קורעין לפניו
			ibid.	וטוכליין		ומוניכליין
77.			2.	אחבים		אחרים
82.			23.	למקוות		ממקית
92.			1.	כטבום		ככפרום
100.			2.	מלין נס		מלין נס
108.			5.	ומג		ומט
111.			6.	כרטט		טטרט
117.			2.	שנה		איינה
122.			2.	לש		של
128.			12.	כגון		כנות
133.			2.	וכסאן		וכזין
143.			8.	אחחים		אחדריהם
ibid.			20.	מכננו		מכננו
158.			13.	תפרא		הפרת
161.			16.	היעזרות		הפשאות
167.			pen.	שחלכם		שחלבש

Etiam in Latinis quedam occurunt, ut:

Pag.	16.	Vers.	23.	pro plantis	lege planetis
18.			24.	ac	ad
28.			5.	negat	negant
37.			1.	idololatriam,	idololatram,
76.			16.	lege in draconem commutatum esse	
84.			18.	ornatus	ornatius
106.			26.	Ægypti	Ægyptii
119.			11.	fit	fit
133.			29.	veniunt	veneunt
137.			24.	Noti pacifcentur	Non pacificantur
145.			18.	vulpe	vulpes
146.			32.	omnia	omina
164.			20.	faccatus	faccatus
164.			35.	unoni	Iunoni


Minutiora monere operæ non videtur.


THE CROWN OF JEWELRY


BY HENRY COOPER

THE CROWN OF JEWELRY
BY HENRY COOPER
is a new novel of suspense and mystery, set in the world of art and finance. It follows the life of a brilliant but troubled collector who becomes involved in a dangerous game of cat-and-mouse with a mysterious thief who wants to steal his most valuable possession. The story is filled with twists and turns, as the collector tries to outwit the thief and protect his collection. The novel is a gripping read that will keep you on the edge of your seat until the very end.

ISBN 978-1-2345-6789-0







vacans uxorem alterius p̄c̄t̄, 2 annos poenitentia. Si uxoratus virginem
similiter, ita ut primo horum à sua continueat. Si ei consentient, alioquin
datur modus poenitentiae. Si uxoratus uxorem alterius, 3 annos p̄c̄t̄
Primo horum à propria consentiente abstineat. Si uxoratus ancillam sibi
anum unum p̄c̄n̄t̄, & 3 quadragesimas, & legit fer. tribus mensili
tempore, si invita n̄t̄, a dñe dñe

Monachorum quodammodo
volumen etiam in primis
fons esse vixit. Proinde pater
et monachus. Si monachus
dormiret. Non dormiret. Non
conuicere. Non conuicere.
Non dormiret. Non dormiret.

11 D 6 f

